ALOYSII COLLA ILLUSTRATIONES ET ICONES RARIORUM STIRPIUM QUAE IN EJUS HORTO RIPULIS...

Luigi Colla

ALOYSII COLLA

ILLUSTRATIONES ET ICONES RARIORUM STIRPIUM
QUAE IN EJUS HORTO RIPULIS FLOREBANT ANNO 1825,
ADDITA AD *HORTUM RIPULENSEM*
APPENDICE II.

ALOYSII COLLA

ILLUSTRATIONES ET ICONES RARIORUM STIRPIUM QUÆ IN EJUS HORTO RIPULIS FLOREBANT, ANNO 1825, ADDITA AD *HORTUM RIPULENSEM* APPENDICE II.

Lectae die VIII *januarii* 1826.

CLARISSIMI VIRI.

Novam horti mei appendicem, quae majorem complectitur numerum stirpium, judicio vestro anno labente subjicio.

Id non diligentiae meae in parandis excolendisque rarioribus plantis, ac seminibus tribuatis vellem, sed potius largitati summorum Botanicorum, inter Italicos *Balbisii*, *Berterii*, *Bertolonii*, *Bonati*, *Gussonii*, *Savii*, *Targionii*, *Tenorei*; inter Transalpinos *Candollei*, *Choisyi*, *Martii*, *Rob. Brownii*, *Schranki*, *Schultesii*; inter occidentalium terrarum incolas, *Nuttalli*, qui omnes vel plantas, vel specimina sicca, vel semina, vel scripta, vel animadversiones in litteris humaniter suppeditarunt.

Hujusce beneficii testimonium publicum reddere delector, licet non tantum mei gratia, qui nil bene mereor, sed praesertim insignis hujus scientiarum societatis intuitu, illud adscribere debeam.

Eadem igitur humanitate elaborationes meas, quaecumque sint, praestantissimi Viri, benigniter excipiatis rogo.

SECTIO I.ª

Commentarium

Comprehendens Illustrationes et icones plantarum rariorum, quae floruerunt in Horto Ripulensi *anno* 1825.

I.

HAKEA PECTINATA.

Dudum in *Horto Ripulensi* (p. 63) enumeravi stirpem hanc, quam nondum florentem habueram, licet tribus ab hinc lustris summa diligentia in frigidario illam coluerim, ac nonnullae plantae in olla sitae 3-4-pedalem altitudinem attigerint. Una tandem ex his cum citris, australibusque stirpibus liberiori aëre posita (in hybernaculo aestate detecto) trium annorum spatio 10-pedalis evasit, ac mense februario proxime elapso laetissime floruit: frustra tamen fructus maturos desideravi; ovaria, etsi procul dubio faecondata, 3-4-lineas attingebant, ita ut organa, quamvis abscondita, examini cito subjicere potuissem, inde immatura cadebant. Nulla interim quod sciam, hujus peculiaris stirpis icon prodiit; neque COURSETII descriptiones de sua *H. pectinata*, quae ad nostram plantam pertinere videtur (*Bot. cult.* 11. 424), nec *R. BROWNII* de *suaveolenti*, quae juxta *STEUDELII* opinionem ad eandem stirpem referri deberet nomine *H. pinnatae*, rite statuunt singulares characteres quibus planta dignosci queat. An revera ad *H. suaveolentem* spectet valde dubito, folia enim non *pinnatifida* sed reapse *pinnata*, nec superius *sulcata*, sed vix *canaliculata*; flores potius *corymbosi* quam *racemosi*; rachis demum *villosiuscula* tantum, haud *tomentosa*: caeterum male congrueret nomen specificum, quum nullum odorem neque planta neque flores

effundant. Quam maxime opportunum igitur duxi descriptionem, phrasim, ac iconem scientiae nostrae cultoribus praebere, eo magis quod in recentissimo eximii *Sprengelii* opere (*syst. veget.* vol. II. p. 478-481) stirps haec enumerata non appareat.

Descriptio.

Radix perennis, lignoso-fibrosa. *Caulis* arboreus, penes me 10-pedalis et ultra (in olla 3-4-pedes non superans), solidus, erectus, rigidus, teres, laevis, glaber, cortice griseo ramorum apice rufescente, ramosissimus, subfastigiatus. *Rami* alterni sparsive, diffusi. *Folia* alterna, ad apicem ramorum conferta, 2-3-pollicaria, patentia, subarcuata, sessilia, acerosa, integerrima, glabra, enervia, canaliculata, subcarnosa, interdum praesertim versus apicem ramorum simplicia (Tab. XI. fig. 1), saepius a medio ad apicem impari raro abrupte-pinnata: pinnae 3-7-oppositae alternaeve, aeque distantes, subulatae, mucronulo rufescente terminatae. *Flores* corymbosi. *Corymbi* (fig. 2) axillares, simplices, coarctati, semipollicares et ultra, ovati, multiflori, basi squamulis (calyx communis imbricatus polyphillus *Pers.*) ovatis concavis disco ramoso-venosis rufescentibus margine scariosis deciduis instructi (fig. 3. 8. 9). *Rachis* (pedunculus communis aliorum) teres, alba, villosiuscula. *Pedicelli* bini, filiformes, nudi, albi, 3-4-lin. longi, apice subincrassati ibique glandulam germinis sustinentes (fig. 4 *a*). *Calyx* nullus. *Corolla* (calyx aliorum) 4-petala (fig. 4). *Petala* alba, apice pedicelli inserta eoque dimidio breviora, linearia (fig. 4 *b*), intus canaliculata (fig. 5), externe linea prominula a basi ad apicem instructa (fig. 6), apice concava ac antherifera (fig. 5 *a*), primum erecta conniventia (fig. 2), post anthesim deflexa (fig. 4 *b*) (1). *Antherae* flavae, foveis petalorum adnatae

---

(1) Consule quae dixi de *Hakeae* petalis in observat. ad *H. rubricaulem* (H. Ripul. Append. I. p. 115).

(fig. 5 *a*). *Pistillum* subsessile, erectum, longitudine petalorum (fig. 4 *c* et fig. 7). *Germen* oblongum, gibbosum, basi glandula lenticulari vix conspicua instructum (fig. 7 *a*). *Stylus* filiformis (fig. 7 *b*). *Stigma* clavatum, turbinato-conicum, nitidissimum (fig. 7 *c*). *Capsulam* maturam haud vidi; ex germine faecundo puto esse gibbosam, 1-locularem, 2-valvem, 2-spermam.

Definitio.

» *H.* foliis subarcuatis acerosis integerrimis canaliculatis pinna-
» tis passimque indivisis, pinnis subulatis mucronatis; corymbis
» coarctatis multifloris; germine subsessili; stigmate clavato; ca-
» psula gibbosa ». *Nob.*

II.

Cineraria platanifolia.

Pulcherrima haec stirps prae cunctis congeneribus hucusque cognitis, et hortorum ornatui dicata videri potest in vol. 4 (*Herbier de l'amateur*); aliqua tamen illustratione eget praesertim quoad fructificationem, uti apparebit cuique descriptiones et icones jam in lucem editas comparanti; hinc accuratiorem hujusce plantae descriptionem et iconem quae novo *Sinantherearum* ordini aptari modo possit edere proposuimus.

Descriptio.

Radix perennis, ramosa, repens. *Caulis* fruticosus, 2-3-pedalis, pollicis crassitie, erectus, stoloniferus, teres, villosus, cicatricibus ob foliorum casum hinc inde notatus (Tab. XII. fig. 1), parce ramosus. *Folia* alterna, patentia, petiolata, fere semipedalia, subrotunda, cordata, 5-9-loba, lobis obtusis integerrimis, infimis denticulatis (fig. 2), mollissima, superne viridia leniterque villosa,

subtus albo-tomentosa (fig. 3), 5-7-nervia nervis subtus valde prominulis villosiusculis basi rufescentibus (fig. 3 *a*), reticulato-venosa, plana, perennantia. *Petioli* discum subaequantes, crassiusculi, basi et fere usque ad medietatem canaliculati hinc teretes, villosiusculi, subtus rufescentes (fig. 4). *Pedunculi* paniculati in summitate caulis, rufescentes (fig. 5), basi 2-3-bracteis foliaceis instructi (fig. 6). *Panicula* laxa, composita, semipedalis et ultra. *Flores* (calathides *Cass.*) radiati. *Calyx* simplex, polyphyllus (Periclinum uniseriate squamosum *Cass.*). *Foliola* (bracteae *Cass.*) 6-8 subaequalia, lineari-lanceolata, subscariosa, discolora seu uno latere subalbida nuda altero atro-violacea, tenuissima, glanduloso-ciliata (fig. 7. 8. 9), longitudine unguiculari. *Radii* 5-6-faeminei, aeque distantes quorum aliqui quandoque abortivi (fig. 10. 11). *Tubus* filiformis, erectus, luteolus, foliolis calycinis paullo brevior (fig. 11. *a*). *Ligula* patens, subrecurva, oblongo-ovata, integerrima, aurea, tubo vix longior (fig. 11. *b*). *Stylus* inclusus. *Stigmata* exserta, bifida, arcuata, lutea (fig. 11. *c* et fig. 12). *Flosculi* 10-15 hermaphroditi (fig. 13). *Tubus* uti in radiis sed dimidio brevior (fig. 14. *a*). *Limbus* erectus, ventricosus, aureus, tubo vix brevior, apice 5-fidus, laciniis rotundatis revolutis (fig. 14. *b*). *Filamenta* 5. libera inclusa (fig. 15. *a*). *Antherae* oblongae, coalitae, exsertae, *stigmata* clausa ante anthesim cingentes (fig. 15. *b*). *Stylus* et *stigmata* post anthesim uti in radiis, sed magis exserta (fig. 14. *c* et fig. 16). *Receptaculum* (clinantes *Cass.*) nudum, margine violaceum, disco favosum (fig. 17). *Semen* (cypseles *Cass.*) papposum. *Pappus* simplex semina duplo longior (fig. 10. 13).

Definitio.

» *C.* fruticosa, foliis subrotundis cordatis 5-9-lobis subtus albo-
» tomentosis, petiolis basi canaliculatis villosiusculis, pedunculis
» terminalibus paniculatis, floribus radiatis (aureis), calycibus
» discoloribus » *Nob.*

III.

Raphiolepis indica.

Novissimum *Raphiolepidis* genus natum est ex ambitubus, quos temporibus nostris subiit *Crataegus*, ac fere omnes stirpes ad naturalem *Rosacearum* familiam pertinentes. Jam pridem *Linnaeus* (sp. pl. 683) inter *Crataegos* enumeraverat *indicam*, quam sequentibus characteribus notavit - *foliis lanceolatis serratis*, *caule inermi*, *corymbis squamosis* - Haec est planta de qua loquimur. Translatis inde a *Willdenowio* omnibus *Crataegi* speciebus ad alia genera, praesertim ad *Mespilum*, Botanici Anglici perillustris Auctoris vestigia secuti eandem plantam retulerunt inter *Mespilos* (H. Lond. p. 112), et de ea iconem praebuerunt ejusdem generis characteres notantem (*Curt*. Bot. mag. 1726). Demum, illustrata a Cl. *Lindleyo* *Pomacearum* familia, de qua mentionem feci in *H. Ripul.* (p. 115 not. 1) quaeque efformat Trib. VIII *Rosacearum* quas nuperrime in lucem edidit *Candolaeus* (Prodr. II. 626) ad *Raphiolepidem* eadem planta pertinuit; cui generi sequentes characteres tributi fuere - *Endocarpium cartilagineum*, *ovarium 1-3-loculare*, *ovula gemina*; *calycis limbus infundibuliformis deciduus*. *Pomum clausum* (*Lindl.* in trans. Lin. XIII. part. I. p. 112). Quum igitur phrasis tantum extet, et icon valde manca habeatur, e qua depromi queant peculiares novi generis characteres, minutissimis hinc in viva optimeque fructificante planta institutis observationibus, et descriptione illustrare, ac icone adumbrare proposui.

Descriptio.

Arbor in frigidario 5-6-pedalis, magna in Indiis juxta *W*. observationem (sp. pl. II. 1005). *Caulis* erectus, rigidus, teres, laevis, cortice fusco, ramosissimus. *Rami* oppositi (Tab. XIII. fig. 1)

sparsive (fig. 2), divaricati, rigidiusculi, inferne nudi, superne foliosi ramulosique, inermes. *Folia* opposita vel sparsa, apice ramulorum subfasciculata, patentia, ovato-lanceolata, basi in petiolum brevissimum attenuata, inaequaliter serrata, acutiuscula, crassiuscula, glabra, superne nitida, subtus pallidiora, costata, reticulato-venosa, 1-poll. longa ½ lata, sempervirentia. *Petioli* brevissimi, superne subplani seu vix canaliculati, subtus prominuli. *Corymbi* terminales basim versus glomerati ac foliolosi, apice simplices (fig. 3). *Pedunculus* communis 2-3-pollicaris, teres, villosus, basi squamis cochleatis apice 3-dentatis dente medio longiore gemmam tegentibus deciduis instructus (fig. 4. et 5). *Pedunculi* partiales semipollicares, 2-3-flori, squamis bracteiformibus subulatis sparsi (fig. 6). *Pedicelli* sesquilineares et ultra, apice incrassati ibique bracteis 2-3 subulatis suffulti. *Calyx* (fig. 7) infundibuliformis, villosiusculus, 5-fidus, laciniis acutis dependentibus rubescentibus deciduis. *Petala* 5. calyci inserta ejusque lacinias parum breviores alternantia, alba, lato-lanceolata, acuta, patentia, 3-lin. longa, 1-lata, basi ciliis lente tantum conspicuis conspersa (fig. 9). *Stamina* 20 circiter. *Filamenta* filiformia, calyci inserta, subaequalia, erecta, laciniis calycinis parum breviora, primum albida demum rubescentia (fig. 8. *a*). *Antherae* rotundatae, 2-loculares, flavae (fig. 8. *b* et 10). *Styli* duo filiformes, viridiusculi, staminibus fere duplo longiores (fig. 11 *a*). *Stigma* capitato-bifidum, rufescens (fig. 11. *b*). *Ovarium* inferum e basi calycis 1-3-loculare (fig. 12). *Pomum* disco incrassato clausum (fig. 13). *Endocarpium* cartilagineum (fig. 12. *a*). *Ovula* gemina (fig. 12. *b*). *Semen* oblongum chalaza ferruginea notatum (fig. 15). *Embryo* semini conformis, erectus, albus (fig. 16). *Cotyledones* ovatae, plano-convexae, tenues (fig. 17). *Radicula* brevissima, obtusa, infera (fig. 17. *a*).

Definitio.

» *R.* foliis ovato-lanceolatis inaequaliter serratis crassiusculis » nitidis, caule inermi, corymbis terminalibus, pedunculis squa- » mosis, pedicellis bracteatis, calycibus villosiusculis » *Nob.*

IV.

LAVATERA PLEBEJA.

Inter semina humaniter missa anno 1824 a praestantissimo *BALBISIO* nostro, nonnulla reperii *Lavaterae australis SCHRADERI* nomine insignita. Sub dio sata plantas florentes praebuere junio-julio, quae frutescentes evaserunt, et quamquam australium terrarum incolae, uti nomen triviale indicabat, caules hyeme incolumes servarunt, ita ut elapsa aestate floruerint, et semina gesserint matura. Stirps autem, quae nobis omnino ignota, perinde ac patria, et duratio, in Append. I. ad H. Ripul. (p. 134) simpliciter indicata fuit. Acceptis dein a Cl. *SCHULTESIO* seminibus sub nomine *Althaeae plebejae* e nova Hollandia provenientibus, satisque in olla novi unam omnino speciem esse; hinc ad severum examen citius plantae descendens, vidi apud auctores plura adhuc desiderari circa eandem: quapropter et accuratiorem descriptionem, novamque iconem adjeci.

Descriptio.

Caulis fruticosus primo anno tamen fructificans, inanis, erectus, teretiusculus, scabriusculus, 3-4-pedalis, subramosus. *Rami* alterni, erecti, parci (Tab. XIV. fig. 1). *Folia* alterna, 2-pollicaria, suberecta, longe petiolata, 5-loba, lobis rotundatis subaequalibus infimis divisis (fig. 2), basi subcordata integra, (fig. 3) hinc

crenata, superne glabra, subtus pallide-pubescentia, quinquenervia, venosa (fig. 5), plana, mollia, decidua. *Petioli* lineares, glabri, disco fere duplo longiores, basi stipulis binis lanceolato-acutis brevissimis suffulti (fig. 16). *Pedunculi* axillares et terminales, aggregati seu 2-3 ex eisdem axillis, raro solitarii, petiolis duplo breviores, lineares, glabri (fig. 6). *Calyx* involucello cinctus (fig. 7). *Involucellum* 3-fidum, seu foliolis tribus ad medium coalitis (fig. 8 et 9) ovato-acutis glabris sepala usque ad medietatem cingentibus (fig. 7 et 10). *Sepala* quinque (fig. 10), raro sex (fig. 7), basi coalita, lanceolato-acuta, glabra, foliolis involucelli duplo longiora. *Petala* tot quot sepala et iis alterna, hypogyna, in alabastris spiraliter contorta (fig. 11) hinc omnino distincta basi tamen tubum efformantia, aequalia, cuneiformia, emarginata, albo-rosea, lineis longitudinalibus paralellis rubris notata, sepalis 3-4 longiora (fig. 12). *Stamina* multiplicia. *Filamenta* ultra medietatem intra tubum petalorum in columnam coalita (fig. 13. *a*) hinc libera, exserta, inaequalia (fig. 13 *b* et 14). *Antherae* uniloculares, reniformes, latere dehiscentes (fig. 13. *b*). *Ovarium* carpellis 10-12 circa axim subconnatis constans (fig. 15). *Styli* tot quot carpella, basi coaliti inde liberi, filiformes, penicillum supra stamina efformantes (fig. 13. *c*). *Stigmata* simplicia (fig. 13. *d*). *Receptaculum* fructus seu axis centralis conicus exsertus (fig. 15. *a* et fig. 15. bis). *Carpella* capsularia monosperma, intus rima dehiscentia (fig. 17. et 18). *Semina* subtriquetra, lunata, glabra, nigra (fig. 19. et 20).

OBS. Ex hisce constat 1.° *Lavateram australem* (SCHRAD.), *Lavateram plebejam* (DC.), ac *Althaeam plebejam* (SCHULT.) esse eandem plantam. 2.° Stirpem hanc ad genus *Lavaterae* in Sect. II. (*Olbiae*) ob formam et exsertionem receptaculi rite a praestantissimo *DC.* fuisse relatam et ideo sublatas esse omnes dubitationes ab ipsomet relictas. 3.° Novae Hollandiae regiones colere, inter plantas caulocarpicas frutescentes etsi primo anno floret esse referendam, ac etiam sub dio penes nos quandoque hyeme

caules incolumes servare. 4.° Demum *DC.* phrasim, qui nec plantam viventem, nec fructus viderat, sic esse emendandam.

» *L.* caule fruticoso scabriusculo, foliis 5-lobatis crenatis subtus
» pallide-pubescentibus, lobis infimis divisis, stipulis lanceolato-
» acutis, pedunculis axillaribus terminalibusve aggregatis solitariisve
» petiolo brevioribus, petalis cuneiformibus emarginatis » *Nob.*

V

CALOTHAMNUS VILLOSA.

Quum in Ripulensi Horto (p. 20) novum *Billottiae* genus instituendum duxi, non solum indicavi ad *Beaufortiam* haud esse referendam stirpem quam *Beaufortiae pinifoliae* nomine a CELSIO acceperam, quamque *Billottiam acerosam* noncupavi, sed insuper characteres qui unum ab altero genere distinguunt comparate cum *Beaufortia decussata* descripsi (ibid. not. 1), ac utriusque plantae icones dedi (ibid. Tab. XXI. et XXIII). Quum autem postea noveram praeclarum *R.* BROWNIUM meam plantam sub nomine *Calothamni quadrifidi* enumerasse (in AIT. ed. nov. IV. 418), firmissimis tunc ductus rationum momentis indicavi (in Append. I. ad *H. Ripul.* p. 130 not. 1) ad illud genus haudquaquam spectare posse. Restabat ut iconem *Calothamni* praeberem etsi jam existat penes RECHENB. (gart. mas. 1. t. 9. f. f.), ut scientiae nostrae cultores differentias inter elegantissima haec tria genera uno oculorum ictu rite percipere possent. Quoniam vero planta, quam elapso anno excolui parce et sero nimis floruerit, nonnisi adultiorem factam, ubi copiosissime et flores et fructus praebuit, et describere, et icone illustrare potui.

Descriptio.

Frutex in frigidario 3-4-pedalis. *Caulis* tortuosus, solidus, rigidus, diffusus, teres, basi valde rimosus (Tab. XV. fig. 1), hinc a foliorum casu cicatricibus punctatus (fig. 2), superne foliosissimus (fig. 3). *Rami* sparsi, divaricati, ramulosi ramulis oppositis (fig. 4), verticillatisque (fig. 5). *Folia* sparsa, versus apicem ramorum conferta, inferiora patentia, media suberecta, superiora adpressa, sessilia, linearia, acuta, punctata, villis crebris conspersa, semipollicaria, persistentia. *Flores* sessiles ad caulis ramorumve basim verticillati (fig. 6). *Calyx* ovatus, semisuperus, villosus, 5-fidus laciniis acutis, persistens et fructum efformans (fig. 7. *a* et 8). *Petala* 5 lacinias calycinas alternantia ibique inserta, ovata, albida, 2 lin. lata, persistentia (fig. 8. *a*). *Stamina* in quinque phalanges distinctas aequales polyandras a medio ad apicem versus connata (fig. 7. *c*). *Phalanges* circa calycis medietatem insertae (fig. 7. *b*), erectae, compressae longitudine fere pollicari, 2 lin. latae, apice ob filamentorum divisionem flabelliformes (fig. 7. *d*), coccineae. *Antherae* subrotundae, 2-loculares, flavae. *Germen* inferum a basi calycis semivestitum, ovatum, 1-loculare (fig. 7. *e* et fig. 9. *a*). *Stylus* filiformis, incurvus, phalangibus paulo brevior, coccineus (fig. 9. *b*). *Stigma* simplex (fig. 9. *c*). *Fructus* inferus capsularis ex calyce (fig. 10), seu capsula calyce sibi arcte adnato corticata, inferne ovata, superne 5-fida, petalis persistentibus tecta ibique dehiscens (fig. 10. *a*), epicarpio externe villoso (fig. 10. *b* et 11. *a*) intus glanduloso-punctato (fig. 11. et 12. *a*), continens unicum loculamentum polyspermum (fig. 12. *b*). *Semina* plurima, linearia, glabra, nigra (fig. 13), inappendiculata, apice bidentata (fig. 14).

Obs. Inde patet optime allata tria genera esse inter se distincta inspectis non tantum calycis, petalorum, et phalangium numero, sed praesertim ratione fructus, in *Beaufortiis* 3-*locularis*, *loculis*

monospermis, in *Billottiis* autem 4-*locularis loculis polyspermis*, in *Calothamnis* demum 1-*locularis polyspermus*, quin praesumpti forsan abortus ne minimum quidem extet indicium.

VI

Viburneum sinense.

Pulchella haec species, cujus perfecta illustratio et ico adhuc desiderantur, jam definita, ac sine flore descripta fuit in *H. Ripul.* (pag. 145 not. 1). Quum autem unam ex hisce plantis adultioribus factis elapso anno in olla, ac frigidario, alteram sub dio collocaverim, prior abunde floruit aprilis initio, paucissimosque sed omnino maturos fructus dedit, alia vero licet incolumis extiterit, haud tamen floruit. Quapropter fructificationis descriptionem, et iconem adjungere operae praetium duxi.

Fructificationis descriptio.

Flores paniculati. *Panicula* terminalis, decomposita, 3-pollicaris et ultra. *Pedunculi* partiales teretes, glabri, semipollicares. *Pedicelli* filiformes, glabri, brevissimi, 2-3-flori. Flores omnes aequales, perfecti, basi bracteis binis setaceis vix conspicuis suffulti (Tab. XVI. fig. 4). *Calyx* 5-fidus, glaber, adhaerens, infundibuliformis, *tubo* 1 lin. longo, viridi, *laciniis* ovatis, concavis, tubo duplo brevioribus, rubescentibus (fig. 5). *Corolla* monopetala, rotata, 5 fida, alba (fig. 7. 8), *tubo* 1 lin. longo, *laciniis* duplo longioribus, ovatis, patulis (fig. 6. *a*). *Stamina* 5. *Filamenta* basi corollae inserta, eique vix breviora, crassiuscula; *antherae* oblongae 2-loculares (fig. 8. *a*). *Germen* tubo calycis adhaerens, ovatum, 1-loculare (fig. 9. *a*). *Stylus* nullus. *Stigmata* tria brevissima, crassiuscula (fig. 9). *Bacca* infera, seu tubo calycis vestita, globosa, laciniis calycinis coronata, carnosa (fig. 10),

1-locularis, monosperma (fig. 11), rubra, in perfecta maturitate nigra, lucida. *Semen* rotundato-cordatum, compressum, hinc angulo obtusissimo prominulo, inde consimili sulco depresso notatum, testaceum (fig. 12. 13). *Int:* duplex; exterius crustaceo-coriaceum, durum (fig. 13); interius membranaceum (fig. 12). *Albumen* semini conforme, carnosum, duriusculum, album (fig. 14) *Embryo* dicotyledoneus, inversus, subovatus, parvus, lacteus. *Cotyledones* braevissimae (fig. 15).

VII

Salvia splendens.

Elegantissimae hujus plantae descriptionem tradidi, et rationum momenta exposui, quae dubium reddebant an eadem ad *S. splendentem* Schult., ad *S. fulgentem* Cav., ad *S. coloratam* Spreng., vel ad *S. elegantem* Vahl, de quibus omnibus icones habemus, foret referenda (*H. Rip.* app. I. p. 137 not. 3). Quum itaque planta haec mirum in modum hoc anno floruerit, quin tamen novos, tutioresque characteres praebuerit, quibus pro certo habuerim ad quam nam ex memoratis speciebus pertineret, an vero indescriptam speciem constituat, Botanicos summos hortor, ut, collata descriptione nostra superius citata, et icone, quam nunc praebeo, judicent quid de hac planta sentiendum. (Vid. infra Tab. XVII.).

VIII.

Molineria plicata.

Singularem hanc plantam habui ex *H. Cels.* elapsa aestate *Curculiginis sumatranae* nomine, floruitque septembri. Quum nullibi descriptam, aut icone illustratam invenerim, sed tantummodo

enumeratam in supp. Catal. Celsii 1825 (p. 4), quumque ad *Curculiginis* genus neutiquam spectare censeam, rationum momenta, quibus inductus fui ad novum constituendum genus, Botanicis offero.

Descriptio.

Radix tuberosa, fibrosa, subrepens. *Folia* radicalia, longe petiolata, late lanceolata, apice acuta, basi uno latere productiora, plicato-nervosa, seu costa usque ad disci medietatem valde prominula, caeteris nervis aequalibus 15 distinctas plicas efformantibus, integerrima, glabra, sesquipedalia et ultra. *Petioli* basi vaginantes ibique villosiusculi demum subglabri, canaliculati, discum subaequantes. *Capitulum* pedunculatum. *Pedunculus* communis seu scapus lateralis, anceps, superne sensim attenuatus, villosus, 3-4 pollicaris, subinflexus (Tab. XVIII fig. 1), basi vaginis foliaceis vel potius foliorum rudimentis exsiccatis indutus (fig. 2). *Flores* 20-30 in capitulum nutans congesti, parvi, sessiles (fig. 3). *Spatha* 1-valvis, dimidiata, lanceolata, acuminata, concava, margine et costa media sursum rufescenti-ciliata, versus apicem ciliis seu potius pilis numerosioribus obducta, intus glabra nitida nervis 6-8 paralellis notata, corollam parum superans (fig. 4. 5). *Corolla* monopetala, 6 fida, rotata, persistens (fig. 6. 7). *Tubus* ad faucem et usque ad medietatem inflatus, extus aliquantisper incurvus, basi attenuatus, pilis copiosissimis rufescentibus conspersus, inferne subnudus, 6-8 lin. longus (fig. 6. *a*). *Laciniae* lanceolato-ellipticae, patenti-reflexae, tubum subaequantes, intus flavae (fig. 7. *a*), extus pilosae ferrugineo-punctatae (fig. 6. *b*), exteriores tres alternae interioribus parum latiores longioresque (fig. 6. *bbb.*). *Stamina* sex fauce tubi inserta (fig. 7. *b*). *Filamenta* teretia, flava, glabra, subincurva, 3-4 lin. longa (fig. 9. *a*). *Antherae* oblongae, erectae, basi coalitae, dorso nigricantes, intus et ad latera flavae, filamentis triplo-longiores, loculis paralellis intus dehiscentibus (fig. 8. 9. *b*). *Pollen* farinosum, flavum. *Germen* intra tubi partem

superiorem latens, ab ipso tectum (ideo corolla semisupera), turbinato-trigonum (fig. 11), apice foveola insculptum (fig. 10. *a*), spongiosum, 1-loculare (fig. 10. *b*). *Stylus* filiformis, exsertus, glaber, versus apicem leniter incrassatus, flavescens (fig. 10. *c*). *Stigma* capitatum, subpapillosum (fig. 10. *d*). *Capsulam* maturam non obtinui; ex germine videtur 1-locularis, 3-valvis, polysperma. *Ovula* globulosa, nitida, inappendiculata, mediae valvularum faciei seriatim disposita.

Obs. Plantam hanc ad *Curculigines* referendam haud esse, nemo est qui ex allatis dubitare quaeat: neque etiam characteres a GAERTN: (fruct. I. p. 63. et tab. 16), aliisque Botanicis illo generi tributi clariorem rem reddunt. *Corolla* enim non 6-*petala* sed 6-*fida*; stylus *glaber*, nec *pilosus*; stigma *unicum* nec *tria divergentia*; capsula apice *foveola insculpta*, non *rostrata*: semina demum *inappendiculata*, non rostrum *curculiginis* aemulantia, ex quo characterem praecipuum, et nomen illius generis desumserat GAERTNERIUS. *Hypoxidi* affine pariter genus, attamen spatha 1-*valve*, stylo *exserto*, stigmate *capitato*, capsula 1-*loculari*, habitu demum praesertim differt. Quibus rationibus ductus novum hujusce plantae genus constituo, et ad *Hypoxidearum* Brownianam familiam refero: illudque praeclaro IGNATIO MOLINERIO nostro, olim Botanici Regii horti custodi, ac de botanica patria optime merito, quemadmodum et Pedemontana ALLIONII celeberrimi flora, et additamenta ab insigne BALBISIO in lucem edita abunde patefaciunt, dicandum duxi.

Char. essent. gener.

» MOLINERIA. *Corolla* 1-petala semisupera 6-fida. *Spatha* 1-valvis.
» *Stylus* longissimus. *Stigma* capitatum. *Capsula* 1-locularis 3-
» valvis polysperma apice foveola insculpta. *Semina* inappendiculata.

M. plicata *Nob.* Habitat an Sumatra? Habitus et folia *Orchideam* referunt, ut in *Thiebautia nervosa*, *Cymbidio verecundo* ec., sed longe distat fructificatione.

IX

Pourretia magnispatha.

Missa ab horto *Burdin* elapsa aestate *Tillandsiae amenae* nomine, enumeratam vidi in Cat H. *Cels.* (suppl. 1825 p. 12), nec non apud *Sprengelium* (syst: II. p. 28), et pictam a *Loddigesio* (bot. cab. I. tab. 76), absque separatis fructificationis partibus; hanc desiderabam ad agnoscendum num revera ad congeneres refferi deberet. Res prospere successit, nam decembris initio scapus apparuit qui paucis diebus pedalis factus primum amoenissimas maximasque spathas, inde speciosissimos flores ostendit; ex his statim agnovi rarissimam hanc stirpem ad *Tillandsiae* genus haudquaquam pertinere inspecto praecipue germine quod est omnino *inferum*. *Pitcairniae* potius characteres praebebat, sed calycis membrana externa prorsus supera (1), petalisque basi squama destitutis differebat, quibus notis innixi Florae Peruvianae praeclarissimi Auctores (*Ruiz.* et *Pavon.*) novum *Pourretiae* genus statuerunt, quod etsi a *Persoonio* cum *Pitcairnia* confusum, nuperrime a praestantissimis *Humb*:, et *Bonpl*: edente Cl. *Kunthio* fuit restitutum (nov. gen. pl. aequin. I. p. 295 - *Kunth* syn. plant. I. p. 297), et a *Sprengelio* retentum (syst. vol. II. p. 23). Hinc plantam

(1) Calycis et corollae insertio pro charactere summopere momentoso a Botanicis omnis aevi in generibus definiendis constanter habita fuit. *Bromeliacearum* familia nonnullas prae caeteris offert, in hoc casu, aberrationes, quum hujusmodi vocabula immaginatione potius, quam sensibus externis percipi queant. Praecepta a Linnaeo Principe in Philosophia botanica tradita, religiose (quoad possibile) servare in nobis est animus, ast nimis arduum. Quid *semisuperus*? quid *semiinferus*? An ex simplici calycis, respectu germinis, situ, vel ex ejusdem in ovario continuatione? Nonne, quemadmodum hic est, *corolla* (seu perianthium internum) revera superior, dum *calyx* (seu perianthium externum) ex duabus membranis simul junctis constans germen exteriore sua obducit, et interior cum corolla communem habet insertionem? Quod oculatioribus autopsis relinquimus.

meam illustrandam duxi etiam cum icone sub nomine *Pourretiae magnispathae* quo statim a congeneribus distingui quaeat.

Descriptio.

Radix perennis, ramoso-fibrosa, incrassata. *Folia* radicalia, oblonga, subventricosa, obsolete spinoso-denticulata dentibus vix conspicuis, obtusa, mucronata, glaberrima, paralello-nervosa, utrinque viridia, subtus pallidiora; exteriora multoties breviora reflexo-arcuata (Tab. XIX fig. 1); interiora longiora suberecta scapum aequantia (fig. 2). *Scapus* centralis, teres, erectus, pennae anserinae crassitie, subalbidus, glaberrimus, spathaceus, in spicam laxam inflexam desinens (fig. 3). *Spathae* inferiores squamosae, subimbricatae, scapum hinc inde vestientes, albo-roseae, eflorae (fig. 4): mediae saepius 1-raro 2-florae, semi-amplexicaules, flores ante anthesim cingentes (fig. 5. 13) inde patulae (fig. 6), demum marcescentes, ovato-lanceolatae, acuminatae, concavae, sesquipollicares, utrinque glaberrimae, nitentes, coccineae; superiores abortivae in squamulam coccineam mutatae (fig. 7). *Flores* solitarii vel bini, sessiles vel interdum pedunculati, in spicam sparsim dispositi. *Pedunculus*, ubi adest, incrassatus, terctiusculus, glaberrimus, brevis (fig. 8). *Calyx* superus triphyllus: foliola lanceolata, acuta, erecta, conniventia, concava, petala ad medietatem usque stricte cingentia, subcoriacea, glaberrima, nitida, fere diaphana, paralello nervosa, 1 poll. longa, 1 ½ lin. lata, pallide viridescentia, apice macula violacea vix conspicua notata (fig. 9. 11. 12). *Petala (calycis divisiones internae alior.)* tria linearia, latitudine sepalorum, longitudine dupla, integerrima, glaberrima, paralello-nervosa, nitida, squama nectarifera destituta, ad medietatem usque contigua erecta atque a sepalis cincta inde patentia, oblique reflexa, apice rotundata maculaque violacea evidentissima notata (fig. 10). *Stamina* sex; *filamenta* germinis ambitu superiore (nec calyci) inserta, aequalia,

filiformia, erecta, viridiuscula, petalis paulo breviora (fig. 14. *a*): *antherae* lineares, utrinque obtusae, versatiles, subtetragonae, biloculares loculis interne dehiscentibus, flavae: *pollen* furfuraceo-farinosum (fig. 14. *b*). *Germen* inferum, calycis membrana exteriore obductum, obsolete trigonum, 3-loculare, compressiusculum, glaberrimum, sulcatum (fig. 14. *c*). *Stylus* filiformis, basi subtrigonus, stamina paullo superans, inferne albidus, superne viridiusculus (fig. 14. *d*). *Stigmata* tria lineari-compressa, secedentia, spiraliter contorta, vel melius convoluto-falcata (fig. 14. *e*). *Capsulam* non vidi; trilocularis ex germine? *Ovula* in germine nuda, linearia, columnae centrali triseriatim affixa (fig. 15. et 16).

Definitio.

» *P. magnispatha*, foliis radicalibus spinoso-denticulatis oblongis
» mucronatis, exterioribus brevioribus reflexo arcuatis; spica laxa
» inflexa; spathis inferioribus squamaeformibus, mediis maximis
» (coccineis), superioribus abortivis; floribus subsessilibus; ger-
» mine sulcato » *Nob.*

Iconum explicatio.

Tab. XI. Fig. 1 folium simplex ad apicem ramorum. Fig. 2 corymbi florum. Fig. 3 squamae ad basin corymborum. Fig. 8 una ex squamis adaucta antice visa. Fig. 9 eadem postice visa. Fig. 4 flos integer adauctus; *a* pedicellus; *b* petala; *c* pistillum. Fig. 5 unum ex petalis antice visum; *a* anthera foveae petali adnata. Fig. 6 idem postice visum. Fig. 7 pistillum; *a* germen basi glandulosum; *b* stylus; *c* stigma.

Tab. XII. (ad 3. magnitud. naturis red.) Fig. 1 cicatrices post foliorum casum. Fig. 2 lobus foliorum infimus denticulatus Fig. 3 folium postice visum; *a* nervi. Fig. 4 petiolus. Fig. 5 panicula. Fig. 6 bracteae foliaceae. Fig. 6 *bis* calathides magnitudine naturali.

Fig. 7 una ex bracteis (*Cass.*) antice visa. Fig. 8 eadem postice visa. Fig. 9 eadem adaucta ut appareant cilia glandulosa. Fig. 10 flos radii foemineus fertilis cum cypsalide papposa. Fig. 11 idem sterilis; *a* tubus; *b* ligula; *c* stigmata. Fig. 12 stylus multoties adauctus. Fig. 13 flosculus hermaphroditus cum cypsalide papposa. Fig. 14 *a* tubus ejusdem; *b* limbus; *c* stigmata. Fig. 15 tubus multoties adauctus longitudinaliter sectus ut appareant stamina; *a* filamenta; *b* antherae ante anthesim visae. Fig. 16 stylus ejusdem adauctus. Fig. 17 clinanthes disco favosa.

TAB. XIII. Fig. 1 rami oppositi. Fig. 2 rami sparsi. Fig. 3 corymbus apice simplex. Fig. 4 pedunculus communis. Fig. 5 una ex squamis gemmam tegentibus. Fig. 6 pedunculus partialis. Fig. 7 calyx adauctus. Fig. 8 idem longitudinaliter sectus petalis orbatus ut appareat in *a* staminum insertio. Fig. 9 unum ex petalis adauctum Fig. 10 unum ex staminibus adauctum. Fig. 11 *a* styli; *b* stigmata. Fig. 12 ovarium sectum; *a* endocarpium; *b* ovula. Fig. 13 Pomum. Fig. 14 semen. Fig. 15 idem longitudinaliter sectum. Fig. 16 embryon. Fig. 17 cotyledones; *a* radicula.

TAB. XIV, Fig. 1 ramus. Fig. 2-3 lobi foliorum infimi divisi. Fig. 5 folium inferne visum ut appareant nervi. Fig. 6 pedunculi. Fig. 7. 10 calyx involucello cinctus. Fig. 8. 9 involucellum. Fig. 11 alabastrum cum petalis spiraliter contortis. Fig 12 Petala. Fig. 13. 14 stamina *a* ultra medietatem coalita; *b* hinc libera; *c* styli penicillum efformantes; *d* stigmata. Fig. 15 ovarium; *a* receptaculum antice visum. Fig. 15 *bis* receptaculum carpellis orbatum. Fig. 16 stipulae. Fig. 17. 18 carpella. Fig. 19. 20 semina.

TAB. XV. Fig. 1. 2 caulis. Fig. 3. 4 rami sparsi. Fig. 5 ramuli verticillati. Fig. 6 flores sessiles verticillati. Fig. 7 flos integer longitudinaliter sectus; *a* calyx; *b* staminum insertio; *c* eorum phalanges connatae; *d* hinc divisae; *e* germen. Fig. 8 Calyx staminibus orbatus cum duobus petalis *a* ut eorum insertio appareat. Fig. 9 pistillum; *a* ovarium; *b* stylus; *c* stigma. Fig. 10 fructus capsularis superne *a* dehiscens; *b* epicarpium villosum. Fig. 11

3

idem transversim sectus intus *a* glanduloso-punctatus. Fig. 12 idem longitudinaliter sectus cum unico loculamento *b*. Fig. 13 semina magnitudine naturali. Fig. 14 eadem adaucta.

Tab. XVI. Fig. 4 flos integer. Fig. 5 calyx adauctus. Fig. 6 corolla. Fig. 7 eadem antice visa. Fig. 8 eadem secta ut staminum insertio *a* appareat. Fig. 9 pistillum ; *a* germen ; *b* stigmata. Fig. 10 bacca. Fig. 11 eadem transversim secta. Fig. 12 seminis integumentum interius. Fig. 14 ejusdem integumentum exterius. Fig. 14 albumen. Fig. 15 cotyledones.

Tab. XVII. Fig. 1 Corolla longitudinaliter secta. Fig. 2 calyx longitudinaliter sectus. Fig. 3 pistillum. Fig. 4 semina. Fig. 5 semen adauctum transversim sectum. Fig. 6 idem longitudinaliter sectum.

Tab. XVIII. (ad dimidium magnitudinis naturalis reducta). Fig. 1 scapus. Fig. 2 vaginae quibus est indutus. Fig. 3 capitulum florum. Fig. 4 spathae valvula exterior magnitudine naturali. Fig. 5 eadem interior. Fig. 6 corolla postice visa ; *a* tubus ; *b* laciniae. Fig. 7 eadem antice visa ; *a* laciniae ; *b* staminum insertio. Fig. 8. 9 antherae adauctae ; *a* filamentum. Fig. 10 germen longitudinaliter sectum multoties adauctum intra tubi partem superiorem *b* latens ; *a* foveola ; *c* stylus ; *d*. stigmata Fig. 11 idem transversim sectum.

Tab. XIX. (ad dimidium magnitudinis naturalis reducta) Fig. 1 folia exteriora. Fig. 2 folia interiora. Fig. 3 scapus. Fig. 4 spathae inferiores. Fig. 5. 6 spathae mediae. Fig. 7 spathae superiores abortivae. Fig. 8 pedunculus. Fig. 9 calyx. Fig. 10 petala. Fig. 11 unum ex sepalis magnitudine naturali. Fig. 12 unum ex petalis. Fig. 13 flos integer cum spatha ante anthesim visus. Fig. 14 idem post anthesim calyce et petalis orbatus ; *a* filamenta ; *b* antherae ; *c* germen ; *d* stylus ; *e* stigmata. Fig. 15. 16 ovarium multoties adauctum longitudinaliter sectum.

SECTIO ALTERA

HORTO RIPULENSI

APPENDIX SECUNDA.

A

Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio.*	*Durat: et fructif:*
3 Acacia			
Polyg: dec: Legum:			
31 alba (1) ?	*H.Freyl:Neapol:non W:nec Hortul:*	? . . . . C.	suf: 1. vir: Oct.-Dec.
32 leucocephala	*Poir: dict: supp:* I. 68. = ? .	Amer: merid: . . C.	suf: 1. vir: nond: flor.
sub *Mimosa*	*Pers:* II. 264.		
33 visneoides (2)	*Nob.* = ?	N. Holl. . . . . F.	suf: 2. vir: nond: flor.
A. compressa	*Schult:* in litt.		

---

(1) Habui olim plantam hanc, cujus patria incerta, ab Horto Freylini (nunc Pangellae), ac saepius eam vidi florentem, numquam eum fructu: descriptionem, vel iconem desiderabam, quum Willd. de *Acacia alba* mentionem tantum fecisset in *En. supp. p.* 68, nec alibi descriptam invenissem. Humanissimus eximiusque Botanices Professor Tenore legumen misit elapso vere sub eodem nomine. Plantulis, quae cito creverunt, cum adulta comparatis, agnovi ipsas reapse simillimas: modo comparata planta nostra cum descriptione *A. albae* W. nuperrime a DC. in lucem edita (Prodr. II. 462) video valde differre. Nec convenit omnino cum *A. portoricensi* (ibid. 467) quae est *A. alba* Hortul. juxta laudatum Auctorem; an igitur species non adhuc descripta? Judicent Botanici ex sequenti definitione et observatione.

« *A.* inermis; foliis bipinnatis, partialibus 4-6-jugis propriis multijugis, foliolis linearibus apice rotundatis: petiolo communi lanuginoso; spicis globosis pedunculatis, terminalibus paniculatis, axillaribus solitariis; filamentis longis albis » *Nob.*

Obs. *Caulis* in C. 4-5-pedalis, ramosus. *Rami* teretes lanuginosi. *Folia* bipinnata, partialibus 4-6-jugis, propriis ovato-oblongis 30-40-jugis. *Foliola* linearia, apice rotundata, glabra, superne glauca, inferne albidiuscula. *Petioli* communes lanuginosi, eglandulosi, basi stipulis binis linearibus instructi. *Spicae* globosae, longissime-pedunculatae, terminales, laxe-paniculatae, axillares, solitariae. *Filamenta* alba, longa, pendula. *Legumen* pollicare, oblongum, basi valde attenuatum, apice rotundatum. *Semina* oblongo-rotundata, nigra, punctis minutissimis flavis adspersa. Accedit ad *A. filicinam*, et *A. tetragonam*: differt vero ab illa praecipue pinnis 30-40-*jugis* non 50-*jugis*, foliolis *glabris* apice *rotundatis* nec *acutis*, petiolis *lanuginosis* non *hirsutis*, filamentis *longioribus*: ab altera spicis saepius *terminalibus*, filamentis leguminibusque *brevioribus*, caule *subrotundo* nec *tetragono*. Affinis magis *A. portoricensi*, sed in hac foliola 20-*juga* tantum, capitula constanter *axillaria*, numquam *terminalia*, nec *paniculata*.

(2) Inter semina plantarum rariorum a praeclaro Schultesio missa januario 1825, unicum novae hujusce stirpis inveni *Acaciae compressae* nomine quod cum aliis Londino acceperat ab Andersonio, ad quem pervenerant e N. Hollandia, lectaque a Cl. Jurisconsulto, et Botanophilo Barren-Field. Pedalis jam planta evasit ab omnibus congeneribus mihi notis longe dissimilis: habitu prima fronte cum *Visnea Mocanera* illam confunderes, (hinc potius *A. visneoidem*, quam *A. compressam*, dixi) Hanc autem in ditissimo celeberrimi Candollei herbario, quod tantus vir maxima humanitate Genevae mihi aperuit, frustra quaesiri,

Nom. et rec. synon.	*Auct: et icon:*	*Statio*		*Durat: et fructif:*
20 Agave				
Hex: monog: Brom:				
5 lurida	*W:* sp. II. 193 = *Jacq: coll:* 4 *t:* 1.	Amer: merid: .	F.	vir: succ: nond: flor.
A. veraecrucis	*Haw: sec: Spreng:*			
6 Theometel	*Zucc:* = ?	?	F.	vir: succ: nond: flor.
32 Aloe				
Hex: monog: Asph.				
26 acuminata (1)	? . . . . = ?	?	F.	vir: succ: nond: flor.
27 intermedia (2)	*Spreng:* syst: II. 71 = ?	C. B. S.	F.	vir: succ: nond: flor.
sub *Gasteria*	*Haw:*			
51 Annona L. Anona *DC. et Spr:*				
Polyand: polyg: Anon:				
5 squamosa (3)	*W. sp:* II. 1265. = *Jacq: obs: t.* 6 *f.* 1.	Amer: merid: .	C.	suf; 1. vir; nond: flor.
77 Asclepias				
Pent: dig: apoc:				
10 parviflora	*W.* sp: I. 1267 = ?	Carolina Florida .	F.	per; 2. . Sept.-Oct.
A. perennis	*Walt:* ? sec: *Steud:*			
A. polystachya	*Walt:* ? sec; *Spreng:*			
79 Aster				
Syng: sup: Corymb:				
9 macrophyllus	*W.* sp: III. 2037. = ?	Amer: bor: . .	D.	per: 2. . Aug.-Sept.
A. canadensis (4)	*Vaill:* act: 583. sec: *W.*			

etsi plurimis pulcherrimisque hujusce generis novissimis stirpibus ex N. Hollandia praesertim *aphyllis* (Wendl.) seu *phyllodineis* (DC.), redundet. Licet eam haud hucusque florentem habuerim, memorare tamen opportunum hic duxi donec uberiorem descriptionem, et iconem praebère queam. *Caulis* arboreus, erectus, basi teres hinc angulato-compressiusculus, glaberrimus, ramosus. *Rami* alterni, divergentes, compressiusculi. *Folia primaeva*, uti in omnibus Acaciis phyllodineis, composita, seu conjugato-pinnata, pinnis 4-jugis, foliolis ovato-oblongis, acutiusculis. *Phyllodia* alterna, remota, erecta, rigida, verticalia, sessilia, elliptica, utrinque attenuata, acutiuscula, integerrima, margine albo-cartilaginea, glaberrima, costata, nervosa, nervis vix conspicuis lateralibus divergentibus, subundulata, sempervirentia, 1 poll. longa 1/2 lata. *Stipulae* nullae. Videtur accedere ad *A. laurifoliam* Willd., a qua differt praesertim foliis minoribus *verticalibus undulatisque* non *planissimis*: affinis quoque *A. pyrifoliae* quam vidi in herbario *Candolleano*, sed folia in hac majora, latiora, *plana*, nec *cartilaginea*, *mucronata*, nervisque *penniformibus*, non *divergentibus* (DC. Prodr. II. 553).

(1) Missa a Cl. Bertolonio nomine *Aloes acuminatae*, dubito eandem esse ac *Gasteria verrucosa* (Haw.), quae est *A. acuminata* (Lam. non Haw.). *A. acuminata* (Haw.) valde distat, ac pertinet ad *A. humilem* Curt. non alior. (*Spreng.* syst. II. 71).

(2) Accepta cum praecedenti nomine *Aloes Linguae var.* credo esse *A. intermediam* (Gasteria intermedia Haw.)

(3) Non confundenda cum *Annona squamosa* Delil. quae est *A. Forskahlii* DC (*syst. I.* 472).

(4) Planta, quam possideo e Bertolonio pertinet ad varietatem *a* corolla radio caeruleo, quae juxta Willd. (l. c.) est *A. canadensis* (Vaill.), de quo tamen nulla mentio apud Steud.

Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*		*Durat: et fructif:*
96 Banisteria				
Dec: trig: Malp:				suf: 1. sc: nond: flor:
3 tomentosa	DC. Prodr: I. 589 = ? . . .	Antillis	C.	
97 Banksia				
Tetr: monog: Prot:				
7 aemula (1)	*Brown:* Trans: Linn: X. p .2. = ?	N. Holl: . . .	F.	suf: 1. vir: nond: flor:
B. serrata ?	*Whit:* non *Linn:* sec: *Steud:*			
B. serratifolia ?	*Salisb:* prodr: 51.			
B. dentata ?	*Wend:* non *Linn:*			
8 ericaefolia *(2)*	*W:* sp: I. 536 = *Cav:* ic: 6. *t.*538.	N. Holl: . . .	F.	suf: 2. vir: nond: flor:
9 latifolia (3)	*Brown:* p. 208. = *Cav:* ic: 6. *t.* 543.	Botany Bay . .	F.	arb: vir: nond: flor:
B. Robur	*Cav:* l. c.			
B. dilleniaefolia	*Kng:* et *Sal:* sec: *Steud:* .			
10 oblongifolia *(4)*	*Pers:* I. 116 = *Cav:* ic: 6. *t.* 542.	N. Holl: prop: Jack:	F.	suf: 1. vir: nond: flor:
B. salicifolia ?	*Cav:* l. c. p. 31.			
B. asplenifolia	*Kng:* et *Sal:* sec: *Steud:*			
11 spinulosa *(5)*	*W:* sp: I. 536 = *Cav:* ic: 6. *t.* 577.	N. Holl: prop: Jack:	F.	suf: 1. vir: nond: flor:
804 Barleria				
Didyn: ang: Acant:				
1 cristata	*W:* sp: III. 378 = *Mor: s.* 11. *t.* 23. *f.* 7.	India	T.	suf: 2. vir: Jun:-Oct:

(1) Dono habui formosissimam stirpem hanc cum permultis hujusce generis, aliisque non minus raris ab humanissimo inter omnes horti cultores Martino Burdinio, qui prope Chamberium ditissimam plantarum tum indigenarum tum exoticarum collectionem maxima diligentia miroque eventu colit, servat, et in commercium ducit. Nostra planta accedit ad *B. serratam* (W. sp. I. 535), sed folia non *linearia*, potius *oblonga* (lato-linearia elongata juxta phrasim Brownianam), nec apice *truncata* cum *mucrone*, sed *mucronata* inter *extimas serraturas*. An *B. serrata* Whit. (Itin. 223 cum icone a W. citata)? Iconem haud vidi, nec R. Brown. dubitationem sustulisse videtur, dum *B. serratam* (Whit.), et *B. serratam* (Lin. *Fil.*) distinctam plantam esse autumat contra Willd. opinionem (l. c.).

(2) Inter omnes congeneres distinctissima foliis linearibus, minimis, copiosissimis.

(3) Arbor maxima, folia magna aequaliter serrata ut in *Dillenia speciosa*, non *sinuata* ut in *Quercu Robure*, hinc apposite nomen mutatum a R. Brown.

(4) Haec et *B. salicifolia*, quas Cavanillesius ac Persoonius (l. 117) distinxerunt, quosque secutus erat Poiretius (Dict. supp. I. 571), pertinent ad eandem stirpem sec. R. Brown. et Poir. (Dict. supp. 2. V. 568). Videtur media inter *B. aemulam*, et *B. marcescentem*; differt a priori foliis dentibusque *brevioribus*, pagina inferiore *albo-tomentosa*, costa *ferruginea*: ab altera foliis *brevioribus* apice non *praemorsis*, dentibusque *approximatis* nec basi *distantibus*, pagina inferiore undequaque *tomentosa*, non simpliciter *albo-punctata*.

(5) Willd. in observatione (l. c.) asserit hanc stirpem *simillimam B. ericaefoliae* forsan sub manco specimine: at toto caelo differt non modo foliis *longioribus* apice *truncatis* (melius *tridentatis*), sed insuper habitus longe diversus, planta valde altior, minus ramosa, rami erecti, folia ad apicem ramorum fasciculata, multoties longiora, 3-4-latiora, subtus incana, margine revoluta, spinoso-denticulata a basi ad apicem, in petiolum attenuata. Phrasis itaque Willd. emendanda ut sequitur.
« *B.* foliis linearibus in petiolum attenuatis apice tridentatis margine revolutis denticulato-spinulosis subtus incanis » *Nob.* (calycibus villosis, basi intus nudis, stigmate subulato. Spr. syst. I. 484).

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio		Durat: et fructif:
805 BEAUMONTIA				
? . . . . ?				
1 grandiflora (1)	Hort; *Soul: Boud:* et *Cels*; = ?	?	C.	suf: 1. vir: nond: flor:
102 BEGONIA				
Monoec: polyand: inc: sed:				
8 argyrostigma	L. et O. pl: select: fasc: 2. p. et tab. 10	Brasilia . . .	C.	suf: 2. vir: Aug:-Oct:
B. maculata	*Spreng:* syst: II. 626.			
B. punctata	H. *Burdin*			
107 BIGNONIA				
Did: angio: Bign:				
7 venusta	*Spreng:* syst: II. 831. = ? . .	Brasilia . . .	C.	suf: 1. sc: nond: flor:
806 BRACHYSTEMUM				
Didyn: gymn: Lab:				
1 lanceolatum	*W:* en: 623. = ?	Amer: bor: . .	D.	per: 2. . Jun:-Sept:
sub *Thymo*	*Poir:* dic: supp: V. 305.			
sub *Pycnanthemo*	*Spreng.* syst: II. 718.			
120 BROMELIA				
Hex: monog: Brom:				
3 antiacantha (2)	*Bertol:* Virid: Bonon: 1824. 4. = ?	Brasilia . . .	C.	per: 2. vir: nond: flor:

C

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio		Durat: et fructif:
136 CACTUS				
Icos: monog: Cact:				
36 pseudocochinellifer. (3)	*Bertol*; Virid: Bonon: 1824. 4 = ?	?	T.	vir: succ: nond: flor:
37 chiloensis (4)	H. *Burdin* = ?	Chiloe ? . . .	T.	vir: succ: nond: flor:

(1) Habui novissimam hanc stirpem ab *H. Burdin*; nondum floruit nec credo adhuc descriptam: video tantum enumeratam in annal. Societ. Lin. Paris. 1825 inter species rariores quibus meritissimus D. SOULANGE-BODIN nuperrime magnificum hortum suum prope Lutetiam in amabilis scientiae incrementum multisque sumptibus ditavit. Vid. etiam catal. H. CELS. suppl. 1825 p. 2.

(2) Quum egregius BERTOLONIUS elapso vere stirpem hanc cum sequente aliisque humaniter misit, prima facie nullam differentiam inveni inter illam ac *B. Pinguin*, cui maxime affinis. Monet tamen ipse in virid. bononiensi (l. c.), nec non in litteris, enatam esse e seminibus ab eximio RADDI in Brasilia lectis ex distincta planta, et praecipuam differentiam adnotavit in aculeis qui in *B. Pinguin* uno sensu caelum, altero sursum versum caelum terramque ostendunt, unde nomen a Cl. auctore impositum *B. antiacanthae*. Praeter hanc notam, attento examini subjectis utriusque stirpibus, observavi *B. Pinguin* folia gerere fere duplo *latiora* subtus *pruinoso-glaucescentia* fibrisque longitudinali-paralellis notata: in *B. antiacantha* folia sunt *tenuiora* utrimque viridia, fibrae vix conspicuae. Fructificationem non vidi; attamen phrases sic emendari possunt.

« *B. Pinguin* foliis oblongo-linearibus superne nitidis inferne pruinoso-glaucescentibus paralello-fibrosis ciliato-spinosis mucronatis, « spinis omnibus reflexis. *Nob.*

« *B. antiacantha* foliis linearibus utrinque nitidis inferne fibris vix conspicuis, spinis superioribus reflexis, inferioribus deflexis. *Nob.*

(3) Acceptus sub hoc nomine nondum floruit; caeterum non videtur differre a *C. coccinellifero*, nisi spinis validioribus interdum solitariis, plerumque 2, rarius 3; sed WILLD. (en. supp. 34) jam observaverat in *C. coccinellifero* quandoque spinam unam validam adesse; an ergo hujusce varietas? An potius *C. Triacanthos*, in quo spinae *albicantes subternae*? Consule tamen observationes Cl. BERTOLONII (l. c.), qui plantam vidit florentem.

(4) Misit D. BURDINIUS qui asseruit plantam hanc allato nomine cultam in hortis Londinensibus: nullibi tamen inveni descriptam etsi stirpem a congeneribus diversam existimem, quae sic definiri potest

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio		Durat: et fructif:
807 Calodendrum				
Pent: monog: Rut:				
1 capense	*W*: sp: I. 1143 = *Lam: ill: t.* 344. *f.* 2.	C. B. S.	F.	Arb: . nond: flor:
Dictamnus Calodendrum .	*Lam*: l. c. et *Poir*: supp: II. 476.			
151 Camellia				
Monad: polyand Camel.				
2 axillaris	*DC*. prodr: I. 529. = *Bot: mag*: 2047	Ins: Pulo-Pinang:	F.	suf: 1. vir: Apr:-Maj:
3 Sasanqua fl: pl:	*DC*. l. c. = *Thunb*: *Jap*: *t.* 30.	Japonia	F.	suf: 2. vir: Mart:-Apr:
808 Caryota				
Monoec: polyand: Palm:				
1 urens (1)	*W*: sp; IV. 493 = *Lam: ill: t*: 897.	Ind: orient: . .	C.	Arb: vir: nond: flor:
164 Cassia				
Dec: monog: Legum:				
14 acisperma (2)	*Schrank*: in litt; = ?	?	C.	suf: 1. vir: nond: flor:
15 Barrenfieldii (3)	*Nob.* = ?	Botany-Bay: . .	F.	suf: 2. vir: nond: flor:
16 graveolens (4)	*Nob.* = ?	Guadalupa . .	C.	suf: 1. vir: nond: flor:
17 Schultesii (5)	*Nob.* = ?	Botany-Bay . .	F.	suf: 2. vir: Dec:-Jan:

« *C.* ovato-erectus 10-angularis angulis obtusis, spinis pallido-pellucidis media validiore, lanugine brevissima » *Nob.*
Accedit ad *C. lanuginosum* numero ac forma angulorum, sed differt praesertim *lanugine* quae in nostra planta brevissima ad basin juniorum fasciculorum, in adultis fere ex toto evanescit. Habitum potius refert *C. heptagoni*, sed in hoc constanter septem anguli enumerantur, in nostra decem. Fasciculi referunt spinas 8-10 stellatim dispositas pallido-pellucidas ac fere diaphanas, quarum una plerumque (centralis) validior.

(1) Circa hanc stirpem in hortis italicis admodum raram consule Hamiltonium in Trans. Lin. XIII. p. 475.

(2) Enata e seminibus missis a Cl. Schrankio vix bipedalis est et nondum floruit. Characteres sequentes deprehendi. *Caulis* fruticosus. *Folia* alterna, petiolata, 3-juga. *Foliola* inferiora breviora ovata interdum subemarginata, superiora cuneiformia, omnia basi obliqua subcordata margine ciliata apice mucronulo molli instructa, superne viridia glabra subtus glaucescentia, mollissima, uninervia, venosa venis alternis paralellis. *Petioli* teretes, canaliculati, villosiusculi, basi incrassati. *Glandula* conica apice clavata fusca inter foliola inferiora. *Stipulae* lanceolatae, erectae, villosiusculae. *Flores* desiderantur. *Semina* oblongo acuta polyaedra, magnitudine et forma exteriore seminibus *Vitis viniferae* simillima. Hinc phrasim sequentem propono.
« *C.* fruticosa; foliis 3-jugis; foliolis basi oblique-subcordatis mucronulatis margine ciliatis, inferioribus brevioribus subovatis, « superioribus cuneiformibus; glandula conica clavata inter infima; stipulis lanceolatis; seminibus polyaedris acutis » *Nob.*

(3) In honorem Cl Barrenfieldii hanc novam pulcherrimamque stirpem dicavi e seminibus absque nomine specifico a Schultesio missis enatam. Plantae altitudinem semipedalem et ultra jam attingunt, et sequentes characteres ostendunt. *Caulis* suffruticosus, erectus, teres, inferne rimosus, superne scabriusculus, simplicissimus. *Folia* alterna, erecta, lanceolato-ovata, approximata, superiora subfasciculata, vix petiolata, 8-12-juga. *Foliola* assurgentia, lanceolata, integerrima, acuminata, superne nitida inferne pallidiora, costa media subtus prominula, vix venosa, rigida, sempervirentia. *Petioli* communes canaliculati, glabri. *Glandula* conica apice fusca inter singula paria. *Stipulae* erectae, subulatae, glabrae. *Flores* non vidi. *Semina* subcompressa, utrinque oblique-truncata, nigra, nitida. Phrasis haec erit.
« *C.* fruticosa; foliis 8-12-jugis erectis; foliolis lanceolatis acuminatis nitidis rigidis; glandula conica inter singula paria; stipulis « subulatis » *Nob.*

(4) E seminibus hujusce stirpis dudum missis a Cl. Bertero anno 1818 e Guadalupa eodem anno in olla satis plantulae enatae sunt quae in calidario cultae per duos annos lente creverunt, ita ut nullam hucusque mentionem fecerim de nova hac specie

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio	Durat: et fructif:
169 Cecropia			
Dioec: diand: Urtic:			
2 palmata	*W:* sp: IV. 652. = ? . . .	Para in Brasilia C.	Arb: vir: nond: flor:
172 Celsia			
Didyn: ang: Scroph:			
3 sinuata (1)	*Targ:* mis: = ?	? . . . . . F. D:	per. 2. ? nond: flor:

quum flores hucusque haud prodiderit. Nunc vero folia, quae praecipuum characterem in hoc genere praebent, sat bene evoluta sunt, ut botanicis observationes meas subjicere possim. *Caulis* fructicosus in C. 2-3-pedalis, digiti crassitie, erectus, teres, ramosus, cortice tenui griseo inferne rimis rufescentibus areolato. *Rami* alterni, adsurgentes, simplices, juniores pilosiusculi. *Folia* alterna, pinnata, 2-3-juga, superiora interdum 4-juga, in ramis inferioribus non raro conjugata. *Foliola* oblongo-elliptica, 2-4 poll. longa 1-2 lata, acuta, apice mucronulo setiformi terminata, latere externo arcuatim gibba, interno rectiuscula, superne sature-viridia, vix nitida, leniter pubescentia, subtus pallidiora, pubescenti-mollia, nervosa, venosa, extima majora longiora, infima obtusiora. *Petioli* communes horizontales, immo deflexi, teretes, pilosi, basi incrassati, verrucis sive callis minutissimis nitidis exasperati. *Glandulae* ad petiolorum basin et inter foliolorum paria nullae; hic vero pili numerosiores longioresque apice incrassato-glandulosi. *Petioli* proprii breves, crassiusculi, teretes, pilosiusculi. *Stipulae* binae, subulato-setaceae, rigidiusculae, patulae, in ramis adultioribus deciduae. *Flores* haud vidi. *Legumen* complanatum, glabrum, basi et apice attenuatum, polyspermum, maturatione ferrugineo-fuscum. *Semina* elliptico-subrotunda, altero latere compressiuscula, olivaceo-fusca, glabra, nitida.

Obs. affinis *C. mollissimae* (Humb. et Bonpl.) a qua differt foliis 2-4-jugis, foliolis oblongo-ellipticis, acutis, petiolisque eglandulosis (Vid. W. en. 440). A. *C. emarginata*, cujus nomine cum dubitationis signo semina missa fuerunt, foliis haud emarginatis, aliisque notis abunde diversa. Notatu dignum folia in hac planta tam numero quam magnitudine foliolorum valdopere differre, licet revera character haud constans sit in plurimis hujusce generis speciebus. In plantis tenellis omnia conjugata erant: tertio anno 2-raro 3-juga apparuerunt: nunc vero nonnulla jam 4-juga sunt. *Foliola* in 3-4-jugis reliquis quadruplo majora longioraque. Odor balsameus sed gravis ingratusque spirat praesertim ad foliolorum insertionem, ubi pili apice glandulosi glandularum locum tenent. An ideo species nondum descripta ?. Judicent peritiores: interea phrasis haec erit.

« C. foliis 2-4-jugis, foliolis oblongo-ellipticis latere externo gibbis acutis subtus pubescenti-mollibus, petiolis eglandulosis, pilis « inter foliolorum paria crebrioribus apice incrassato-glandulosis » *Nob.*

Habitat in sylvis et fruticetis Insulae Guadalupae, ubi frutex, teste Bertero, 3-5-pedalis et ultra evadit, truncus autem brachii magnitudinem attingit.

(5) Provenit e seminibus missis sine nomine specifico a Schultesio, cui dico suffrutiecm hunc elegantissimum ad sectionem VII. (Absus) inter *Cassias Candolleanas* spectantem, etsi folia gerat multijuga. *Caulis* erectus, subtetragonus, glaber, simplicissimus vix spithamaeus. *Folia* alterna, patentia, approximata, brevissime petiolata, 4-7-juga. *Foliola* sessilia, patentia, lineari-lanceolata, integerrima, acutissima, margine revoluta, superne nitida, inferne pallidiora, costa subtus prominula, avenia, rigidiuscula, sempervirentia. *Petioli* communes canaliculati subvillosi ab uno ad aliud par subalati. *Glandula* cylindrica apice fusca inter singula paria. *Stipulae* erectae, lineares, glabrae. *Pedunculi* axillares, filiformes, glabri, medietatem foliorum vix superantes, biflori: *pedicelli* peduneulis triplo-breviores, basi bractea brevissima ovato-acuta concava suffulti. *Flores* ante anthesim nutantes, postea erecti. *Sepala* 5. vix basi coalita, 2. lin. longa 1. lata, subaequalia, saepius unum, inferius scilicet, majus, ovalia, obtusissima, viridi-lutescentia, margine subrevoluta ibique luteola, ciliata ciliis lente tantum conspicuis. *Petala* 5. perigyna, sepalis alterna eisque triplo majora, brevissime-unguiculata, flava, subaequalia nempe inferius aliquantulum brevius subrotundum concavum, caetera ovata plana, media parum latiora et longiora. *Stamina* 10 libera, subaequalia, omnia fertilia; *filamenta* brevissima; *antherae* birimosae, loculi latere dehiscentes. *Ovarium* brevissime stipitatum, arcuatum, villosiusculum; *stigma* simplicissimum. Legumen adhuc non vidi, sero namque floruit decembri in frigidario; quum laete fructificantem habebo, iconem dabo; interim sic definiri posset.

« C. fruticulosa; foliis 4-7-jugis patentibus; foliolis lineari-lanceolatis acutis nitidis margine revolutis; glandula cylindrica inter « singula paria; stipulis linearibus; ovario arcuato » *Nob.*

(1) E seminibus missis a Cl. Targioni-Tozzetti provenit qui illam sub allato nomine accepit ab *H. Paris.*; nullibi descriptam re-

Nom; et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*	*Durat: et fructif:*
194 CINERARIA			
Syng: sup: Corymb:			
7 platanifolia *(1)*	*Desf:* cat: p. 268. = *Ic: nost:*	?	F. suf: 2. vir: Mart-Mai:
786 CLUSIA			
Polyg: monoec: (W.) Polyand: monog: (Pers.) Guttiferae.			
2 flava	*W.* sp: IV. 977. = *Jacq: Am:* 272. *t.* 167	Jamaica	C. frut: succ: nond; flor:
208 COCCOLOBA			
Oct: trig: Polyg:			
7 uvifera	*W.* sp: II. 457. = *Jacq: Am:* 112. *t.* 73.	Amer: merid:	C. Arb: vir: nond: flor:
809 COMBRETUM			
Oct: monog: Onagr:			
1 purpureum	*W.* sp: II. 319. = *Gaert: t.* 36. *f.* 2.	Madagascaria	C. frut: vir: nond: flor:
217 CONVOLVULUS			
Pent: monog: Convol:			
13 Batatas	*W.* sp: I. 853. = *Cat: Car: t.* 60.	utraq: India	T. per: 2. sc: nond: flor:
220 CORDIA			
Pent: monog: Bor:			
4 parviflora *(2)*	*W.* en: supp: II. = ?	?	C. frut: vir: nond: flor:
227 CORREA			
Oct: monog: Rut:			
3 speciosa	*DC.* Prodr: I. 719. = Bot: rep: 653.	N. Holl: orient:	F. suf: 2. vir: f. tot: an:
C. rubra	*Smith:* Ex: bot: 2. n. 26.		
C. revoluta ?	*Vent:* Malm: 13. n. 4.		
Antommarchia rubra	*Colla* obs: sur les Rutacées *ined: (3)*		

perio, nondum floruit, et folia tantum radicalia modo offert: haec autem videntur differre a caeteris congeneribus, nam sunt lyrato-sinuata, sinubus inaequaliter lobatis dentatisve, prorsus glabra, inferne tantum pallidiora: hinc nullum judicium de hac stirpe proferre possumus.

(1) Vid. sup. descript. II. et iconem tab. XII.

(2) Cl. BERTOLONIUS misit hoc nomine: vix a *C. Patagonula* differre videtur (H. Ripul. pag. 38, et not. 2); neutram vidi florentem.

(3) Dum appendix haec sub praelo erat, ac nonnullas observationes circa *Rutacearum* familiam instituebam, in dubium venit, an *Correae* stirpes ad secundam CANDOLLEI sectionem (longiflorae) pertinentes, novum constituere genus rite possent; et quum alios characteres e fructificatione depromptos praeter illos a praestantissimo Auctore notatos detexerim, illud proponendum, atque Cl. ANTOMMARCHIO stirpium Insulae S. Hellenae indigenarum accuratissimo illustratori dicandum censui. Characteres utriusque generis additis iconibus sic notavi in *Observations sur la famille de Rutaceés etc. lues à la seance de la Societé physique de Genève le 19 août 1826.*

« CORREA *Cal.* 4-dentatus persistens. *Pet.* 4-patentia caduca. *Stam.* 8 subaequalia patentia. *Ovar.* lanuginosum 8-sulcatum glandulis « 8-basi cinctum. *Styl.* 1-persistens. *Caps.* 4-cocca loculis 2-3-spermis. *Sem.* nitida, cotyledonibus extus convexis (flores erecti).

ANTOMMARCHIA *Cal.* subintegerrimus persistens. *Cor.* gamopetala cylindracea limbo 4-fido erecto. *Stam.* 8 inaequalia erecta, quorum 4 vix exserta (flores penduli). *Caetera ut in Correa.* »

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio		Durat: et fructif:
235 Crassula				
Pent: Pentag: Crass:				
18 flava	*W.* sp: I. 1543. = *Burm: afr: t. 23. f. 2.*	C. B. S. . . .	T.	suf: 2. succ: Jun:-Jul:
19 tetragona	*W.* ib: 1551. = *Brandl: succ: t. 11. f. 41.*	Æthiopia . . .	F.	suf: 2. succ: Jun:-Jul:
237 Crinum				
Hex: monog: Narcis:				
5 bracteatum	*W.* sp: II. 47 = ?	?	T.	per: 2. bulb: nond: fl:
810 Cyrilla				
Pent: monog: Eric:				
1 caroliniana	*Pers:* I. 175. = *Herit: stirp: t. 66.*	Carolina . . .	F.	suf: 1. vir: Jul:-Sept:
C. racemiflora	*Lin:* = *Bot: mag: 2456.*			
Itea Cyrilla	*W.* sec: *Steud: (1)*			
811 Cyrtopodium				
Gyn: diandr: Orchid:				
1 glutiniferum (2)	Radd: in act: soc: Ital: XIX. cum ic:	Brasilia . . .	C.	per: 2. nond: flor:

D

812 Daviesia				
Dec: monog: Legum:				
1 ulicina	*Smith:* Trans: Lin: IX. 256. . .	N. Holl: orient:	F.	suf: 2. vir: nond: flor:
D. ulicifolia	*Andr: Bot: rep: 304;*			
261 Delphinium				
Polyand: trig: Ranunc:				
7 neglectum	*H. Monac:* = ?	?	D.	per: 2. . nond: flor:
262 Desmanthus				
Polyg: monoec: Lin: *Dec: mong:* Spreng: *Legum:*				
5 strictus	*Bertol:* Virid: Bonon: 1824 . .	Caribaeis . . .	C.	an: et suf: ? Aug:-Sept.
Mimosa angustisiliqua . .	*Lam:* Dict: I. p. 10. sec: *DC.*			
813 Desmodium				
Diad: dec: Legum:				
1 supinum	*DC.* Prodr: II. 332	Antillis . . .	C.	suf: 1. vir: Oct:-Nov:
sub *Hedysaro*	*W.* sp: III. 1190 = *Slo: Jam: I. t. 118. f. 2.*			

(1) *Itea Cyrilla Sw.* non est *Cyrilla caroliniana* sec. *Spreng.* (syst. I. 788), sed *Cyrilla Antillana* Mx.

(2) *Cyrtopodii* genus a R. Brown. conditum (*in Ait. H. Kew. ed. nov.* V. 216) et a *Cymbidio* divulsum unicam tantum stirpem praebet, quod sciam, scilicet *C. Andersonii*. Planta quam possideo nomine *C. glutiniferi* humaniter missa fuit a Cl. Targioni-Tozzetti qui monuit eandem esse ac illam quae descripta fuit a Cl. Raddi (l. c.), ex qua Brasilienses succum educunt, qui exsiccatus gluten componit, unde nomen triviale.

Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*		*Durat: et fruct:*
264 **Dianthus**				
Dec. dig: Caryoph:				
12 arboreus *(1)*	*W.* sp; II. 683. = *Bot: cab:* 459.	Creta	F.	suf: 2. vir: Mai:-Jun:
267 **Digitalis**				
Didyn: ang: Scroph:				
3 ochroleuca	*Pers:*II.162=*Jacq: Austr:I.p.*36.*t.*57	Eur: mont: umbr:	D.	per: 2. Jul:-Aug:
D. ambigua	*W.* sp: III. 285. *Jacq:* l. c.			
D. grandiflora	All: Fl: ped:			
269 **Dillwinia**				
Dec: monog: Legum:				
2 subaphylla (2)	*Nob:* = ?	N. Holl:	F.	suf: 2. vir: nond: flor:
813 **Dioscorea**				
Dioec: Hex: Aspar:				
1 bulbifera	*W.* sp: IV. 793. = *Hornm: par: t.* 217.	Ind: orient:	C.	per: 2. sc: nond: flor:
D. tamifolia	*Salisb:* paradis: 17.			
273 **Dodonaea**				
Oct: monog: Sapind:				
4 heterophylla *(3)*	*Nob:* = ?	N. Holl.	F.	suf: 2. vir: nond: flor

E

Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*		*Durat: et fruct:*
295 **Epacris**				
Pent: monog: Eric:				
2 attenuata *(4)*	*Lodd: Bot: cab:* 38.	N. Holl:	F.	suf: 1. vir: Dec:-Jan:
3 pulchella	*Br:* N. Holl: I 550. = *Cav: ic:* IV. *t.* 345.	N. Holl: prop: Jak:	F.	suf: 2. vir: Mart:-Mai:
4 pungens	*Cav: l. c. t.* 346. non *Sims:*	N. Holl:	F.	suf: 1. vir: nond: flor:
sub *Lysinema Brown:* l. c. p. 552. R. et S. IV. 383. *Spreng:* syst: I. 630.				

---

(1) Confer quod dixi circa *D. suffruticosum* in H. Ripul. p. 46. not. 1. Hic est verus *D. arboreus* cujus semina habui a Cl. Tenore.

(2) Enata e seminibus missis a Schultesio (vid. sup. not. 2) sine nomine specifico et tamquam stirps nova, nondum floruit. Si revera spectat ad illud genus (de quo valde dubito, habitum enim refert *Sphaerolobii* vel *Viminariae*), omnino diversa a congeneribus nuper a DC. descriptis (Prodr. II. 108) mihi videtur, et tunc optimam novam speciem efformat, in qua vera folia non adsunt; caules autem frutescentes, teretes, filiformes, glaberrimi, hinc inde praesertim versus apicem tenuissimis appendicibus foliaceis apice truncatis ibique nigricantibus instructi: nomen igitur *Dillwiniae subaphyllae* interim nostrae plantae propono.

(3) Habui cum precedente e seminibus missis a Schultesio absque nomine specifico: nondum floruit, sed mihi videtur differre a caeteris congeneribus N. Hollandiam colentibus, et a Cl. Candolleo (Prodr. I. 617 n. 7. 9. 10. 11) relatis. Et primo folia inferiora in nostra planta sunt *elliptica*, nec basi *cuneata*, apice obtusa, interdum sinuata, media ovato-cuneata, superiora oblongo-cuneata ut in *D. cuneata* (DC. l. c. n. 10), sed apice *obtusa*, non *acuminata*, nec *subtridentata*; inter haec alia integerrima, alia undulato-sinuata, nulla viscosa. Quum optimi characteres e fructificatione statui possint in stirpibus hujus generis, minus exacta ideo esset definitio quam nunc tradere possim, et novam tantummodo speciem Botanicis exhibeo nomine *D. heterophyllae* quod foliorum diversitati respondet.

(4) Sirps quae picta fuit in *Bot. cab.* l. c. cum nostra planta quam ab *H. Burdin* habuimus omnino convenit; alibi non vidi descriptam, nec nuperrime a Sprengelio; caveas tamen ne hanc cum *E. pungente* (Sims.) aut cum *E. pungente* (Cav.) confundas, uti quoad

Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*		*Durat: et fructif:*
296 EUCALYPTUS				
Icos: monog: Myrt:				
4 cordata*? (1) Poir:* Dict: supp: II. 592.=*Lab: N. Holl:* II. *t.* 152.		Cap: Van: Diemen:	F.	suf: 1. vir: nond: flor:

F

317 FABRICIA				
Icos: monog: Myrt:				
2 myrtifolia	*W.* sp: II. 951. = *Gaert: sem: t. 35 f. 4.*	N. Holl: . . .	F.	suf: 1. vir: nond: flor:
332 FICUS				
Polyg: dioec: Urtic:				
14 martinicensis	*W.* sp: IV. 1137. = *Sloan: Jam:* II. *t.* 223	Ind: occid: . .	C.	suf: 1. vir: fl: tot: an:
15 pertusa	*W.* ib: 1144. non *Bory* = ? .	Surinamo . . .	C.	suf: 1. vir: Jun:-Sept:

G

813 GLAUCIUM				
Polyand: monog: Pap:				
1 phoeniceum	*W.* en: 562. = *Engl: bot:* 1433.	Litor: mediter: .	D.	an: per: 2. Jun:-Sept:
Chelidonium corniculatum .	Lin:			
342 GLEDITSCHIA				
Polyg: dioec: Legum:				
2 laevis	*H.* Paris: = *DC. leg: mem:* II. *t.* 22.	Amer: bor: . .	D.	Arb: . . Mai:-Jun:
G. inermis	*Hortul:* non *Lin: (2)*			
G. triacanthos var: ß. . . .	*Pers:* II. 623. = *DC.* l. c.			

hanc fecit *Loddig.* l. c. Utrasque stirpes possideo , et valde differunt. *E. pungens* (Cav.) est *Lysinema pungens (R. Br.)* quam etiam enumerat SPRENG. (l. c. I. 630). Equidem *E. pungenti* (Sims.) quae est *E. purpurascens* R. Br. a *Sprengelio* synonymum tribuitur *Lysinema attenuatum* (Link) unde nomen triviale indicaret eandem stirpem ; descriptionem LINKII haud nosco, sed figura *E. purpurascentis* apud *Sims.* (Bot. mag. 844) et *Loddig.* (bot. cab. 876) plantam distinctam ab *E. attenuata* ostendit , ceu indicat etiam icon ejusdem auctoris superius citata (bot. cab. 38). Hinc ad evitandam confusionem existimo tres distinctas species esse admittendas sub nominibus sequentibus. E. attenuata *Lodd.* E. pungens *Cav.* non *Sims. Lysinema* R. Br. E. purpurascens R. Br. *E. pungens Sims.* non *Cav.*

(1) Missa cum praecedenti hoc nomine : sed nonnullas differentias notavi inter nostram plantam et descriptionem ac iconem a Cl. LABILLARDIERIO traditas quas etiam conferre fas fuit cum specimine sicco a *D. Huguenin* communicato: folia in nostra non *ovata*, sed potius *reniformia* , nec *crenata* , sed *integerrima* : minus recte diceres *cordata*, rectius *perfoliata*. Video a STEUDELIO citatam et in *H. Cantabricensi* relatam hujusce generis speciem nomine *E. perfoliatae*. (*Nois.* et *H. Cels.* suppl. 1825 p. 6) de qua tamen nulla mentio apud *Sprengelium* ; an nostra ad hanc speciem pertinet?

(2) Fruticem hunc enumeravi in *H. Ripul.* (p. 60) tamquam solam varietatem *G. Triacanthos* : sed quum viderim plantas omnes e seminibus enatas constanter inermes , et semper spinosas habuerim ex *G. Triacantho* , rectius putavi exemplo *H. Paris.* stirpem distinctam constituere. Moneo tamen errore ductos fuisse fere omnes Italiae botanicos , qui illam habuerunt tamquam synonima *Acaciae Houstonii*! revera haec est *Gleditschia inermis* LIN. nunc descripta a DC. sub *Inga* (Prodr. II. 447); at planta quae in Hortis italicis c. l tur , et in catalogis *Acacia Houstonii* dicitur abunde diversa a *G. inermi* Lin. quae crescit in Vera-cruce , et cujus icones habemus ex MILL. (ic. 4. t. 5) et *Reliq. Houst.* (12. t. 26): sed est *G. inermis* (Hortul.) scilicet

Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*	*Durat: et fructif:*
814 GOODENIA			
Pent: monog: Camp:			
1 grandiflora	*W.* en: 219. = *Bot: mag:* 890.	N. Holl: . . . F.	per: 1. . Mart:-Apr:
355 GORTERIA			
Syng: frust: Corymb:			
3 heterophylla *(1)*	*W.* en: supp: 61. = ? . . .	C. B. S. ? . . F.	suf: 2. vir: Apr:-Mai:
sub *Gazania*	*R. Brown: ?*		
356 GOSSYPIUM			
Monad: polyan: Malv:			
2 arboreum	*W.* sp: III. 804. = *Cav: diss:* 6. *t.* 193.	Indiae arenosis . C.	suf: 1. vir: nond: flor:
G. rubrum ?	*Forsk:* descr: n. 88.		

H

Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*	*Durat: et fructif:*
815 HAMELIA			
Pent: monog: Rub:			
1 patens	*W.* sp: I. 980. = *Bot: mag:* 2533.	Antillis . . . C.	suf: 1. vir: nond: flor:
H. xorullensis	*Kunth:* sec: *Spreng:*		
sub *Duhamelia*	*Pers:* I. 203.		
816 HERITIERA *(2)*			
Polyg: monoec: ?			
1 litoralis	*W.* sp: IV. 971. = *Rheed: mal:* 6. *t.* 21.	Zeylona . . . C.	suf: 1. vir: nond: flor:
Balanopteris Tothila ? . .	*Gaert:* sec: *Steud:*		
Balanopteris minor ? . .	*Gaert:* sec: *Ait:*		
383 HIBISCUS			
Monad: polyand: Malv:			
17 Humboldtii *(3)*	*Mart:* miss: = ?	? . . . . . . F.	ann: suf: 2. Jul:-Sept:
18 laevigatus ? *(4)*	*Targ:* miss: = ?	? . . . . . . D.	per: 1. . nond: flor:
19 roseus (5)	*DC.* Pr: I. 450 ?	Vascon: ad rip: flum: D.	per: 1. . nond: flor:

G. laevis (H. Paris.), quae cum *G. Triacantho* habitat Americam borealem ac penes nos sub dio colitur, et de qua optimam iconem habemus in laudati DC. mem.

(1) Monuit in litteris humanissimus BERTOLONIUS, qui hanc plantam misit, mediam esse inter *G. rigentem*, et *G. Pavoniam*: nullibi illam enumeratam vidi nisi a W. l. c. sine descriptione, nullosque constantes characteres notavi, qui illam a *G. rigente* distinguant.

(2) *Heritierae* genus statutum fuit a LAM. Hinc *Mich:* (Fl: bor: I. p. 20. t. 4) idem genericum nomen aliae stirpi, quae nunc ad *Dilatrim* pertinet, imposuit. RETZIUS *Heritieram* etiam appellaverat plantam quae inde a W. *Hellenia* dicta fuit. Demum SCHREBERUS *Heritieram palustrem* vocaverat aliam plantam quae est *Tofieldia palustris* (Smith). An *H. littoralis* LAM. de qua loquimur eadem sit ac *Balanopteris Tothila* GAERT. uti autumant STEUDELIUS et POIR. (Dict. supp. I. 564), an potius *Balanopteris minor* sec. AIT. (*H. Kew.* ed: nov. V. 339), affirmare non ausim, descriptio enim et figura GAERTNERII (de *frut.* II. p. 95. t. 98) fructum tantum respiciunt, ac nostra planta ne dum floruit. Illam habui ab *H. Cels.* sub nomine *Balanopteridis*

Nom: et rec: synon:	*Auct: et ic:*	*Statio*		*Durat: et fructif:*
817 Hultemia *(1)*				
Icos: polyg: Ros:				
1 berberifolia	*Dumort:Ratt:=Pall:Petr:X.t.10.f.3*	Pers: bor:	. F. D.	suf: 1. . nond: flor:
sub *Rosa*	*W.* sp.II.1063.et *DC.* Prodr:II.602.			
Rosa persica	*Mich:* sec: *Steud:*			
R. monophylla	*Hortul:*			

I

405 Indigofera				
Diad: dec: Legum:				
3 madagascariensis	*Schrank* miss: *(2) = ?* . . .	Madagascaria	. C.	an: suf: 1. Aug:-Sept:
406 Ipomoea				
Pent: monog: Conv:				
9 Bonanox var: *(3)*	*Nob: = ?*	Indiis ? . . .	C.	an: sc: . Sept:-Oct:
sub *Convolvulo*	*Spreng:* syst: cum caeteris *Ipomoeis*			
10 superba	*Schrank:* miss: *= ? (4)* . . .	?	C.	an: sc: . Jul:-Aug:

Tothilae. Tutius tamen puto *Heritierae* nomen retinere a *W.* ac *Ait.* acceptum tamquam antiquius una cum mutationibus superius allatis circa reliquas *Heritierae species.*

(3) Enatus e seminibus missis a Cl. Schrankio hoc nomine, differentias essentiales ab *H. Trionum* frustra quaesivi; folia equidem inferiora paullo diversa, uti pedicelli qui breviores ac in *H. Trionum*; sed hic saepe variat foliis radicalibus subindivisis, vel cordatis, ut in nostra planta, superioribus autem plus minus partitis, lobisque magis vel minus aequalibus; forsan pertinet ad varietatem *cordifolium* (*DC. prodr. I* 453)? Sed *H. Humboltii* haud memoratur ab auctore.

(4) Ortus e seminibus missis a Cl. Targioni-Tozzetti nondum floruit: monuit tamen ipse in litteris pertinere ad *H. roseum* Savii. an stirps eadem ac sequens?

(5) De hac specie quae primo tamquam sola varietas *H. palustris* habebatur multa concinne scripsit Cl. Barbierio (*Bibliot. Ital.* Febr. 1825 p. 169) de loco natali ac de usu ejusdem, uti planta *textilis.*

(1) Consule circa novum *Hultemiae* genus Cl. Dumortier-Ratteau in ann. soc. Lin. Paris. 1825 p. 4. Stirps haec jamdudum culta in quamplurimis Italiae hortis sub nomine *Rosae barberifoliae*, vel *Rosae simplicifoliae* rarissima nunc evasit, et nullibi servatam video, ut sciam, nisi in H. Bononiensi, ubi semina gerit matura, quae nobis humaniter communicata fuerunt a Cl. Bertolonio ejusdem horti Praefecto.

(2) Enata e seminibus missis a Cl. Schrankio et satis in olla aprili, floruit augusto et septembri, ac fructus gessit maturos novembri Refert autem *caulem* suffruticosum, erectum, basi teretem, apice subangulosum, glabrum. *Folia* pinnata, oblonga, 5-6-juga; *foliola* oblongo-elliptica, obtusiuscula (recentiora acutiuscula), superiora majora, utrinque glabra; *stipulas* capillares caducas; *racemos* axillares multifloros foliis multoties breviores; *flores* parvos subsessiles; *corollas* roseas; *legumina* declinata, teretiuscula, subfalcata, mucronata, 4-5-sperma. Ludit inter *J. Anil*, et *J. tinctoriam*, a quibus differt praecipue numero, et forma foliolorum, racemisque brevioribus; an eadem ac *J. Anil* var. *y. orthocarpa* quam describit DC. ex specimine sicco Madagascariensi (Prodr. II. 225)? At in hac legumina *recta.* Quidquid sit nostram plantam sic definimus.

« *I.* caule suffrutico erecto, foliis pinnatis oblongis 5-6-jugis, foliolis oblongo-ellipticis superioribus majoribus, racemis foliis mul-« toties brevioribus, leguminibus teretibus subfalcatis » *Nob.*

(3) Enata e seminibus communicatis a D. Bernardo Martorelli qui plantas exoticas mire colit, ac in commercium emittit, quaeque habuerat ab *H. Cels.* vere proxime clapso sine nomine, statim vidi ad *J. Bonnanoctem* pertinere, inspecto praesertim caule, quem aculeatum observavi: et quum eam florentem examinavi in dubium venit an distinctam speciem constitueret, nam flores gessit *rubescentes* non *viridescentes* uti notavit Lam (Dict. VI. p. 13) et pinxit *Curtis* (Bot. mag. 752); folia tantummodo subcordata, nec amplissima uti Brown. (*Jam.* 155) dixit: at egregius hic vir monuit stirpes has forma differre *praesertim cum aliae caule tantum aculeato, et foliis cordatis, aliae ex alio loco foliis panduratis, caule et petiolis aculeatis prodeant:* etsi autem nil circa varietatem colorum dixerit, tamen speciem distinctam de nostra planta constituere haud existimavi, quum color levissimus sit character; verum pulcherrimam inter omnes *Ipomoeas* conspici debet, et sic definiri poterit.

Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*	*Durat: et fruct:*
411 **Justicia**			
Diand: monog: Acant:			
13 spinosa	*W:* sp: I. 100. = *Jacq: amer:* II. *t.* 2. *f.* 1.	Amer: merid: . C.	suf: 2. vir: nond: flor:
sub *Eranthemo*	*R. Br:* et *Spren:* syst: I. 88. non *Lour:*		
K			
818 **Kennedia**			
Diad: dec: Legum:			
1 prostrata	*Br:* in *Ait:* ed: nov: IV. 299. *B: mag:* 270.	N. Holl. . . . F.	suf: 2. vir: Mart:-Apr:
Glycine coccinea	*Curt:* l. c. non *W.* *(1)*		
L			
422 **Lagerstroemia**			
Polyand: monog: Til:			
2 Reginae	*W.* sp: II. 1178 = *Rhe: mal:* 4. *t.* 20. 21.	Calcutta, Java . C.	suf: 1. . nond: flor:
819 **Latania**			
Dioec: monad: W. Polyand: trig: Spreng: Palm.			
1 rubra	*W.* sp: IV. 878. = *Jacq: fragm:* I. *t.* 8.	Ins: Mauritii . . . C.	Arb: vir: nond: flor:
Cleophora lontaroides . .	*Gaert: fruct:* II. *t.* 120. *f.* 1.		
430 **Lavatera**			
Monad: polyand: Malv:			
6 plebeja *(2)*	*DC.* Prodr: I. 439. = *Ic: nost:*	N. Holl: . . F. D.	suf: 2. . Jun:-Sept:
L. australis	*Schrad:* sec: *Balbis*		
sub *Althaea*	*Schult:* miss:		
434 **Leptospermum**			
Icos: monog: Myrt:			
7 obliquum *(3)*	*Nob:* = ?	N. Holl: . . . F.	suf: 1. vir: nond: flor:

« *J. Bonanox var rubescens* foliis subcordatis acutis, petiolis nudis, caule aculeato, floribus subternis, corollae limbo basi ru- « bescente, superius pallidiore, plicis externe viridescentibus » *Nob.* (Corollae aperiuntur, et clauduntur duabus horis post solis occasum, et ante ortum).

(4) An *Convolvulus superbus* (Kunth, et Spreng. syst. I. 597)? at in nostra planta folia *cordata* non *subrotundo-ovata*. Stirpes hae melius examinandae.

(1) Non confundenda cum *G. coccinea* (W. sp. III. 1605), quidquid sentiant Poiretius Steudelius et Ait: nam haec caules gerit *volubiles* non *prostratos* uti videre est in *Vent.* (Malm. p. et t. 105) ubi figura valde diversa a Curtisiana (Bot. mag. 270).

(2) Vid. sup. descript. et tab. XIV.

(3) Ortum e seminibus missis a Schultesio absque nomine specifico florentem adhuc non vidi, sed planta jam nunc pedalis et ultra videtur differre a caeteris congeneribus: habitum revera refert *Leptospermi*, et magis accedit ad *L. multiflorum* (*Cav.* ic. rar. IV. p. 17. t. 331. f. 1); sed in nostra stirpe folia potius *lineari-lanceolata* quam *lineari-attenuata*, insuper obliqua quod non memorat Cavanillesius. Characteres quos observare potui Botanicis nunc offero, caeteros cum planta floruerit alia occasione exarabo. *Caulis* erectus, teres, basi subrimosus, superne laevis, rubescens, ramosissimus. *Rami* sparsi, patentissimi. *Folia* alterna, obliqua, interdum verticalia, sessilia, lineari-lanceolata, basi attenuata, apice mucronulo aucta, superne glabra et tenuissimis punctis lente tantum conspicuis adspersa, subtus pallidiora, uninervia. Phrasim non propono, quum in *Leptospermi* genere characteres specifici partim a fructificatione, praesertim e dentibus calycinis depromi soleant.

Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*	*Durat: et fructif:*
448 Lopezia			
Mon; monog: Onagr:			
3 coronata	*Andr:* bot: rep: p. et t. 551.	Peruvia Mexic: . F.	an: per: 1. Sept:-Nov:
820 Ludwigia			
Tetr: monog: Onagr:			
1 decurrens	*Spreng:* syst: I. 555. = ?	Carol: humid: F. D.	per: 1. . nond: flor:
L. jussiaeoides	*Mich: (1)*		
M			
456 Magnolia			
Polyand: polyg: Magn:			
9 cordata	*Pers:* II. 93. = *Bot: reg:* 325.	Amer: bor. . F. D.	Arb: . nond: flor:
468 Melaleuca			
Polyad: icos: Myrt:			
13 pinifolia *(2)*	*H. Lecchii* = ?	N. Holl: . . . F.	suf: 1. vir: nond: flor:
469 Melastoma			
Dec: monog: Melast:			
4 sanguineum	*Spreng:* syst: II. 302. = ?	China . . . . C.	suf: 1. vir: nond: flor:
481 Mesembryanthemum			
Icos. pentag: Mesemb:			
35 albidum	*W.* sp: II. 1029 = *Dill: elth: t.* 189. *f.* 232	C. B. S. . . . F.	per: 1. succ: Jun:-Jul
36 aureum	ib. 1049. = *Bot: mag:* 262.	ib. . . . . . F.	suf: 1. succ: . id.
37 copticum	ib. 1037 = ?	Ægypto . . . F.	an: succ: Sept:-Oct:
38 digitatum	ib. 1031 = ?	C. B. S. . . . F.	suf: 1. succ: Jun:-Jul:
39 falcatum *(3)*	ib. 1046 = *Dill: elth: t.* 213. *f.* 276	ib. . . . . . F.	id. . . . . id.
40 geniculiflorum	ib. 1037 = *Dill: ib. t.* 205 *f.* 261	ib. . . . . . F.	id. . . . . id.
41 laeve	ib. 1044 = ?	ib. . . . . . F.	id. . . . . id.
42 obliquum	ib. 1027 = *Dill: ib. t.* 185. *f.* 226	ib. . . . . . F.	per: 1. succ: . id.
43 praepingue	*W.* en: 529 = *Bot: rep:* 540.	ib. . . . . . F.	suf. 1. succ: . id.
M. heterophyllum	*Bot: rep:* l. c. non *Haw:*		
44 rostratum	*W.* sp: II. 1027 = *Dill: ib. t.* 186. *f.* 229.	ib. . . . . . F.	id. . . . . id.

(1) Enata e seminibus missis a Targiomo nondum floruit ; facie potius herbacea quam frutescens apparet. Planta Lam. de qua W. (sp: I. 673) frutescens, ac habitat insulam Mauritii, et Indiam. Planta autem Mich. eodem nomine (Fl. Bor. I. p. 89) herbacea et Carolinae incola. Icones desideramus , quod sciam. Poiretius (Dict. supp. III. 513) dubitat esse eamdem stirpem, et *L. jussiaeoidi* Mich. tribuit synonymon *L. decurrens* Walth: at Spreng. (l. c.) utramque stirpem admittit.

(2) Missa sub hoc nomine ab amicissimo Lecchi nondum floruit , et non invenio descriptam. Habitu media videtur inter *M. ericaefoliam* , et *M. diosmatifoliam* , sed folia magis linearia et in fasciculos disposita ut in *Pino Cedro*.

(3) Non confundendum cum *M. falcato* Lam. vel Murr. quod est *M. glomeratum* W. (sp. II. 1056) : hoc autem est *M. acinaciforme* ejusdem auctoris (l. c. 1051).

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio	Durat: et fructif:
483 Metrosideros			
Icos: monog: Myrt:			
6 sp: nova ? (1)	*Schult:* miss: = ?	N. Holl.	F. suf: 1, vir: nond: flor:
7 sp: nova ?	*Schult:* miss. = ?	ib.	F. id. id.
821 Molineria			
Hex: monog: Hypox:			
1 plicata (2)	*Nob:* = *ic: nost:*	Sumatra ?	C. per: 2. Sept:-Oct:
Curculigo sumatrana	*H. Cels:* supp: 1825. p. 4.		

O

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio	Durat: et fructif:
822 Odonia			
Dec: monog: Legum:			
1 tomentosa	*Bertol: Lucubr: p.* 35. *t.* 1.	S. Domingo	C. suf: 1. nond: flor:
Glycine velutina	*Bertero* ined: sec: *DC.*Prodr:II.239		
538 Passiflora			
Monad: pent: Passifl:			
23 coerulea var: ? (3)	*H. Burdin* = ?	?	F. suf: 1. sc: nond: flor.
543 Pelargonium			
Monad: hept: Geran;			
78 acutilobum	*Spin:* supp: 1823. p. 6. not. 6.	?	F. suf: 1. vir: Mai:-Sept.
79 adulterinum	*W.* sp:III.683=*L. Herit: Ger: t.*24.	C. B. S.	F. id. id.
80 anceps	ib. 658. =*Jacq: coll:* 4. *t.* 22. *f.* 3.	ib.	F. per: 1. id.
81 Bentinckianum (4)	*DC.* Prodr: I. 664 = ?	?	F. suf: 1. vir: id.
82 Berterianum	*Spin:* l. c. not: 8 = ?	?	F. id. id.
83 Birolii	*Spin:* l. c. not: 9 = ?	?	F. id. id.
84 Buffonianum	*Spin:* l. c. not: 10 = ?	?	F. id. id.
85 clandestinum	*Spin:* cat; 1818. p. 19. not: 20 = ?	?	F. id. id.
86 conduplicatum	*W.* en: 705 = ?	C. B. S.	F. id. id.

(1) *Metrosideros.* E seminibus missis a Schultesio sine nomine specifico, et tamquam speciei novae, ortae sunt binae stirpes inter se valde diversae; neutrae floruerunt. Plantulae vix pedem attingunt nec rite describi possunt. Pertinent ad sectionem secundam (foliis alternis); videntur tamen differre a caeteris congeneribus: prima habitu ludit inter *M. linearem*, et *pinifoliam*, sed folia latiora, subfalcata, villosa, plana nec canaliculata; altera accedit ad *M. lanceolatam*, folia autem non glabra sed pilis tenuissimis obsita: quum florentes habebo, descriptionem et iconem dabo, si reapse stirpes novas constituunt.

(2) Vid. sup. descript. et iconem n. XVIII.

(3) Novissimam hanc varietatem habeo ex *H. Burdin*, qui eam e Londino transtulit, ubi colitur tamquam var. *P. coeruleae*: florentem adhuc non vidi, sed characteres in foliis valde distincti; haec enim non *palmata quinquepartita integerrima*, sed potius 3-5-*loba*, lobo medio productiore ac margine versus basin denticulato. Flores docebunt utrum de hac planta nova species constitui possit.

(4) Idem ac *P. inquinans* sec. Steud. Diversum tamen ac medium inter illud et *P. fulgidum* ex DC. l. c.

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon	Statio		Durat: et fructif.	
543 **Pelargonium**					
P. cordifolium	*Hortul:* non *Dietr:*				
87 cuspidatum	*W.* en: supp: 47 = ?	ib.	F.	id.	id.
88 elegantissimum ?	*H. Burdin* = ?	?	F.	id.	nond: flor:
89 Ghilini	*DC.* Prodr: I. 668 ex Spin: = ?	?	F.	id.	Mai:-Jun:
90 Heritieri	*Vind:* et *Zeyh:* sec: *Steud:* = ?	C. B. S.	F.	id.	id.
91 Lecchianum	*DC.* l. c. 678 ex Spin: = ?	?	F.	id.	id.
92 macranthum	*DC.* l. c. 670 = *Sweet: ger: t.* 83.	C. B. S.	F.	id.	id.
93 magnificum	*Spin:* supp: 1823. p. 6. not: 16. = ?	?	F.	suf: 1. vir:	Mai:-Jun:
94 Murrayanum ?	*H. Burdin* = ?	?	F.	id.	nond: flor:
95 nothum	*W.* en: 710 = ?	?	F.	id.	Mai:-Jun:
96 piperatum	*DC.* Prodr: I. 679 = *Sweet: ger: t.* 149.	C. B. S.	F.	id.	id.
P. verbenaefolium	*Sweet:* l. c.				
97 sidaefolium	*W.* en: 706 = ?	ib.	F.	id.	id.
98 solubile	*DC.* l. c. 673 = *Sweet: ger: t.* 24.	ib.	F.	id.	id.
99 stenopetalum	*W.* sp: III. 666 = ?	ib.	F.	id.	id.
P. ribifolium	*Dumont:* sec: *DC.*				
100 unicolorum	*W.* en: supp: 48 = ?	?	F.	id.	id.
101 villosum	*DC.* Prodr: I. 673 = *Sweet: ger: t.* 100.	?	F.	id.	id.
102 vitifolium	*W.* sp: III. 675 = *Dill: elth:* 152. *t.* 126. *f.* 153.	C. B. S.	F.	id.	id.
823 **Pergularia**					
Pent: dig: (W.) Gyn: dec: (R. Brown: *) Apoc:*					
1 purpurea	*W.* sp: I. 1124 = *Burm: ind:* 72. *t.* 27. *f.* 2	Ind: orient:	C.	suf: 1.	nond: flor:
P. odoratissimae var:	*Smith ic: pict:* 16. *Bot. rep:* 185.				
563 **Piper**					
Diand: trig: Urt: (Juss:) Piperaceae (Kunth *)*					
9 unguiculatum	*Pers:* I. 33 = *Fl: peruv:* 34. *t.* 576	Pozuzo sylvis	C.	suf: 1. vir.	nond: flor:
P. glaucescens	*Jacq:* sec: *Steud:* et *Spreng:*				
564 **Polygala**					
Diad: oct: Ped: (Polygaleae DC.*)*					
4 speciosa	*DC.* Prodr: I. 223 = *Bot: mag:* 1780	C. B. S.	F.	suf. 2. vir:	nond: flor:
392 **Pothos**					
Tetr: monog: Aroid:					
3 acaulis	*W.* sp: I. 684 = *Jacq: amer: t.* 153	Amer: calid:	C.	per: 2. par:	Jun:-Oct:
Lasia aculeata ?	*Lour:* sec: *Steud:* (1)				

(1) Videtur errasse Steud. dum *Lasiam aculeatam* Lour. (*Fl. coch.* p. 105) consideravit synonymam *P. acaulis:* illa ad *P. pinnatam* spectare debet juxta Willd. opinionem (sp. I. 636), sed valde distat a *P. acauli*, in qua folia integerrima, nudaque sunt, dum in *P. pinnata* folia sunt pinnatifida aculeata.

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio		Durat: et fructif:
824 POURRETIA				
Hex: monog: Brom:				
1 magnispatha *(1)*	*Nob:* = ic: nost:	Brasilia . . .	C.	per: 2. vir: Nov:-Dec:
Tillandsia amoena .	*Spreng:* syst: II. 25 = *Bot: cab:* 76			
599 PSIDIUM				
Icos: monog: Myrt:				
3 montanum	*W.* sp: II. 959 = ?	Jamaicae mont .	C.	Arb: . . nond:-flor:

R

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio		Durat: et fructif:
825 RAPHIOLEPIS				
Icos: dig: Ros:				
1 indica *(2)*	*DC.* Prodr:II.630 ex*Lindl:*=*ic:nost:*	China	F.	Arb: . Sept:-Dec:
sub *Crataego*	*W.* sp: II. 1001			
sub *Mespilo*	H. Lond: p. 112 = *Bot: mag:* 1726			
614 RESEDA				
Dodec: trig: Capp:				
4 fruticulosa	*W.* sp: II. 878=*Jacq: ic:* 3. *t.* 474	Hispania . . .	F.	per:2.suf:2. Mart:-Apr
618 RHODODENDRON				
Dec: monog Rhod:				
6 dauricum var: *(3)* . . .	*W.* sp: II. 604 = *Bot: rep:* 4	Dauria . .	F. D.	suf: 1. vir: Jun:-Jul:
620 RHUS				
Pent: trig: Tereb:				
6 villosum	*W.* sp: I. 1483=*Pluk:alm:t.*219.*f.*8	C. B. S. . . .	F.	suf: 1. vir: Mai:-Jun:
826 RHYNCHOSIA				
Diadel: dec: Legum:				
1 caribaea	*DC.* Prodr. II.384=*Jacq:ic:*I.*t.*146	Caribaeis . . .	C.	suf: 1. sc: Jul:-Aug:
sub *Glycine*	*Jacq:* l. c.			
Glycine reflexa	*Nutt:* sec: *DC.*			
621 RIBES				
Pent: monog: Cact:				
5 palmatum	*Desf:* sec: *Steud:* = ?	?	D.	suf: 1. . nond: flor:
827 RICHARDIA				
Hex: monog: Rub:				
1 scabra	*W.* sp: II. 228 = *Lam: ill: t.* 254.	Vera-crux . .	C.	per: 2. . Aug:-Sept:
623 ROBINIA				
Diad: dec: Legum:				
10 glyciphylla	*Poir:* dict: VI. 227 = ? . . .	Martinica . . .	C.	frut: . nond: flor:
an *Lonchocarpi sp:* ? . . .	*DC.* Prodr: II. 262			

(1) Vid. sup. descript. n. IX. et tab. XIX.
(2) Vid. descript. n. III. et tab. XVII.
(3) Pulcherrimam hanc varietatem a D. BURDINIO accepi. Folia non sunt *decidua* nec subtus *ferrugineo-punctata* uti observavit WILLD. in *R. daurico* vero, sed sempervirentia, et utraque pagina glabra: insuper expressione gratissimum spirant odorem.

Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*		*Durat: et fructif.*
828 RUBENTIA				
Pent: monog: Rham:				
1 angustifolia *? (1)*	*H. Cels:* = ?	?	C.	suf: 1. vir: nond: flor:
Elaeodendron orientale ? .	*Jacq:*			
630 RUELLIA				
Did: ang: Acant:				
2 nova *? (2)*	*H. vindob:* = ?	?	C.	suf: 1. vir: nond: flor:
R. discolor	*Lecchi* in litt:			

S

Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*		*Durat: et fructif.*
829 SARCOSTEMMA				
Pent: monog: Apoc:				
1 viminale	*R. Brown:* N. Holl: I. 463. . .	Africa et India .	C.	suf: 1. sc: nond: flor:
sub *Cynancho*	*W.* sp: I. 1252 = *Alp: aeg: t.* 190			
664 SISYRINCHIUM				
Monad: triand: Irid:				
3 aurantiacum	*R.* et *S.* I. 492 ex *Zucc:* = ? .	Belgio	D.	per: ✱. . Mai:-Jun:
667 SOLANUM				
Pent: monog: Sol:				
11 campechiense	*W.* sp: I. 1039 = *Dill: elth: t.* 268. *f.* 317	nov: Hispan: . .	T.	suf: 1. vir: Jun:-Sept:
12 fastigiatum	*W.* en. 275 = *Dun: Sol: t.* 16. *et* 2. *f. D.*	Mexico . . .	T.	suf: 1. vir: . id.
13 macrocarpum	*W.* sp: I. 1032 = *Mill:* ic. 294. .	Peruvia . . .	T.	suf: 2. vir: . id.
14 macrophyllum	*Dun: Sol:* p. 199. n. 17. . . .	?	T.	suf: 1. vir: Jun:-Sept:
S. oporinum	*W.* en. 138. et *Spr:* syst: I. 693			
S. grandiflorum	*Desf:* arbr: I. p. 169. non Fl. *Per:*			
S. cymosum	*Ort:* dec: I. p. 12. et *Zucc:*			

(1) Provenit speciosa haec stirps ex *H. Cels.* allato nomine : nullibi descriptam neque enumeratam vidi ; etsi nondum floruit in C. nostro , laete tamen viget et ad *R. longifoliam* DESF. , cui valde affinis , pertinere haud mihi videtur. Alias hujus generis species non nosco : *R. longifolia* eadem est ac *R. olivina* GMEL. , seu *Elaeodendron orientale* JACQ (ic. rar. I. t. 48) , cujus iconem praebuit etiam LAM. (Ill. t. 132) : at nostra planta aliquantisper differre videtur a memoratis iconibus : descriptiones autem JACQUINII, WILLDENOWII , LAMARKII et CANDOLLEI nimis mancae ad tollendam dubitationem : characteres igitur absque fructificatione tamen attente notatos Botanicorum judicio interim subjicere animus est. *Caulis* arboreus erectus , teres , laevis , griseus , subramosus. *Rami* sparsi. *Folia* opposita , approximata , patentia , brevissime petiolata , lanceolata , acuta , integerrima , marginibus subrevoluta , glaberrima , superne atro-viridia lucida inferne viridia nitida , uninervia costa utrinque prominula rubra , reticulato-venosa venis vix conspicuis , subcoriacea , sempervirentia , longitudine dodrantali, latitudine circa medium sesquipollicari. *Petioli* brevissimi semiteretes , rubri.

(2) Monuit humanissimus LECCHI qui hanc stirpem nobis dono dedit , eam allato nomine a Vindobonensi horto accepisse , ipsumque dubitare eandem esse ac *R. discolorem* : neutram scio descriptam vel enumeratam : folia sunt reapse discoloria scilicet superne viridia , subtus rufescentia : at planta adhuc tenella , nec florentem habeo , hinc nil certi asserere possum.

	Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio	Durat: et fructif:
830	TEPHROSIA			
	Diad: dec: Legum:			
1	ochroleuca	*Pers*: II. 329 = *Jacq: ic; t.* 150.	?	T, suf: 1. vir: nond: flor:
	sub *Galega*]	*W.* sp: III. 1247 et *Jacq:* l c.		
	Galega pubescens	*Lam*: Dict: II. 597. sec: *DC.*		
719	TOURNEFORTIA			
	Pent: monog: Bor:			
3	cymosa	*W.* sp: I. 793 = *Jacq: ic:* I. *t.* 31.	Antillis . . .	C. suf: 1. vir: nond: flor:
	T. macrophylla	*Pers:* I. 163. ex *Lam:*		
727	TRIUMFETTA			
	Dodec: monog: Til:			
3	macrophylla	*W.* sp: II. 855 = ?	Amer: merid: .	C. suf: 1. vir: Mai:-Jun:
	T. althaeoides (1)	*DC.* Prodr: I. 507. ex *Lam:*		

V

	Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio	Durat: et fructif:
741	VELTHEIMIA			
	Hex: monog: Asph:			
2	viridiflora	*W.* sp: II. 181 = *Jacq: Schoen:* I. *t.* 77.	C. B. S. . . .	F. per: 2. bulb: Jun:-Jul:
	V. capensis	*Desf:* sec: *Steud:*		
	Aletris capensis	*Lin:* = *Bot: mag:* 501.		
745	VEREA			
	Oct: tetrag: Semper:			
4	spathulata	*Nob: (2) DC. succ:* N. 65. . .	China ?	F. suf: 2. succ: Jun:-Jul:
	V. nudicaulis	*Spreng*: syst: II. 260		
	sub *Calanchoe*	*Pers:* I. 446. et *DC.* l. c.		
	sub *Cotyledone*	*Poir:* dict: supp: II. 373.		
831	WRIGHTIA			
	Pent: monog: Apoc:			
1	tinctoria	*R.* et *S.* IV. 414 = *Taschenb:* XI. 2. *c. ic.*	Ind: orient: . .	C. Arb: . nond: flor:
	Nerium tinctorium ? (3) . .	*Roth:* apud *W. act: am:* IV. 198.		

(1) Triumfetta althaeoides LAM. (Dict. III. 420) eadem non est ac *T. rhomboidea* JACQ. (am. 147. t. 90), uti censet STEUD. Consule characteres utriusque stirpis in DC. l. c.


(2) Optimam habemus hujus stirpis descriptionem et iconem a POIRETIO et CANDOLLIO (l. c.) Admisso tamen *Vereae* genere ob numerum staminum, ad hoc, non ad *Calanchoem*, neque ad *Cotyledonem* spectare debet, eo magis quod juxta observationes memorati POIRETII dubitari possit num illa speciem a *Verea crenata* WILLD. (sp. II. 491) diversam vel ejusdem tantum varietatem constituat.

(3) Missa ab *H. Lecchii* nomine *Nerii tinctorii* nondum floruit: puto tamen ad *Wrightiam* pertinere ex observationibus *R.* et *S.* (l. c.).

Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*	*Durat: et fruct:*
832 ZINGIBER			
Mon: monog: Cann:			
1 Cassumuna	*Spreng:* syst: I, 12=*Bot: mag:* 1476.	Ind: orient: . . C.	per: 2. . nond: flor:



HAKEA *pectinata*



CINERARIA platanifolia



RAPHIOLEPIS *indica*



LAVATERA plebeja



CALOTHAMNUS villosa



VIBURNUM sinense



SALVIA splendens



MOLINERIA plicata



POURRETIA *magnispatha*